




EXIMII DOCTORIS AMBROSII LEONIS NOLANI DE NOBILITATE RERVM DIALOGVS.

EIVSDEM EX ARISTOTELE TRANSLATVM OPVS DE VIRTVTIBVS.



CAMILLVS LEO NOLANVS AMBROSII F. ARTIVM ET MEDI. DOC. ILLVSTRISSIMO ENRICO VRSINO NOLÆ PRINCIPI INVICTISSIMO. S.

IS EST patriæ amor priceps optime, ea beneuolentia, ut licet quis longe abeat, ac in lõginquis admodum terris cõmoretur, non possit, quin parẽtis suæ sæpius meminerit, quippe quæ hominem in lucẽ prodat, ac huiusce uitæ participẽ miro quodã beneficio reddat. Quod uero patriæ uti benignæ parenti, ac solicitæ in partus suos proculdubio debemus, id pfecto æqua lãce optimo etiam principi nos debere contẽderim. Itaq; cum te perinde ac patriam amore psequi iure uelim, habeãq; te æque carũ ac patrem habuerim, licet ab ineũte ætate hic procul a patria cõmoratus sim, uisum est tãdẽ mihi qui quidẽ utriusq; optime memor sim, ut aliquid cõparare, quo et in te, & in patriã ipsam sũmum amorẽ, summãq; beneuolentiã significarem. Quid uero cõparẽ aliud q̃ munus, quod & tibi & ciuibus tuis gratum esse possit? Id quod non aureũ sit, aut argẽteũ cuiusmodi longe ditissimi homines largiri solent, sed literariũ munus, quo muneris genere & tu sũmopere delectari soles, ut uir literatissimus, & ego uti facile possum. Quippe cui pater Ambrosius tui amãtissimus, tuiq; studiosissimus multos reliquerit libros, partim a se cõpositos, parti uero e græco in latiâ

num trāslatos. Inter quos est libellus de bisexto, alter de E & I in quo multa docte quidē explicātur, Dialogus de Nobilitate, Dialogus de ui ridēdi, Cui nomē fecit Gallu cia, nuncupatus clarissi. Antonio Iustiniano patritio Vene to, Libellus de uirtutibus, qui nunc a me sub nomine ex cellentissimi Iacobi Anto. de Cæsarinis editus est, Lu cubrationes quædam in sextum metaphisices, Libellus de signis pluuiarum et uentorum, Annotationes in ti riacam. Dandum uero id munus erat dignum tuis auri bus, iccirco cum omnia accurate euoluissem, nihil inueni, quod tibi nūcupare merito possem ꝙ librū de Nobilitate. Cui.n.de Nobilitate quæstiones nūcupari melius possint, ꝙ ei qui lōge oīum ē nobilissimus? Accipe igitur ipsum læ ta frōte, hic.n.cū Nobilitatē noueris, te ipse noueris. Mul ta hic leges, quæ tibi sūmā afferēt uoluptatē. est.n.opus ua riū. nō pauca disputat, quæ ipsius sūmā doctrinā, longāq; multarū rerū lectionē significet, ex hoc quātus fuerit Am brosius cognosces, qui licet ex multis, quæ ipse edidit ope ribus cognoscatur, tamen ex his etiam disceptationibus cla rum sibi nomen exposcere uidetur. Accipe inꝙ opus tibi nuncupatū, Accipe etiā me, nam ut patris uigilias tibi de dico, ita & me tibi totum dedo. Bene Vale. sexto idus sep. M.D.XXV.

RECITATIO DE NOBILITATE AB AMBROSIO LEONE NOLANO MARINI FILIO COMPILATA.

Quomodo ad disputandum de nobilitate ductus sit Læpidus Bennardinus. Cap. Primum.

D Nonas Iulias ex urbe concedere decreueramus ipse quidem & Bennardinus Vcariensis Læpidus et Innocētius Mastrillus & Frāciscus Verterainus & Hadrianus Ferrarensis & Bennardinus Basilus & Vincentius Claramontius atq; plerique alii, quos in uno ueluti tabernaculo uel amicicia uel præceptor cōstrinxerat atq; aluerat. Quandoquidē insanus erat Solis æstus, quem ut euitaremus, ad uiridaria & cōmoditas et necessitas confugere persuadebat. Præsertim qum Innocētius ingenio facili et præstanti more adolescens, paratam nobis cœnā esse dixisset ad Vicū sanctum Paulū. ubi amplissimos ipse agros et hortos pulcherimos possidet. ad quos sūmo tādē mane facta ex amicis his ipsis bona caterua uenimus. Perq; hortos inter uirescentes arbores pomaq; redolentia dispaciari cœpimus, quoad lautius dapes et coquerentur et condirentur. Verum iterim qum singuli biniq; per ea loca uagaremur, ut quæ quisq; poma uellet excerperet, Bennardinus Læpidus ex altera, ex altera Innocentius ad Plata

num umbrosissimam aduenerunt. erat aũt Platanus hæc per omnes ramulos thyrsatis uitibus redimita, neq; plurimæ deerant uuæ, uerum incoctæ adhuc, sed specie pulcherrimæ . unde et ob arboris frondes, & ex contextis sarmentulis pampinisq; eorum & uuis accedentibus Sol undiq; probibebatur, atq; ita subtus atra umbra facta erat. Huc ubi subingressus est Bennardinus & amæni tate loci captus, atq; ꝙ tum suo ingenio facilis, tumq; ꝙ nostra tempestate humanissimus est, ad arborem uersus: salue inquit beata atq; nobilitata Platane, sub qua non mortalibus modo quiescere iucundum est, uerum etiam diis deabusq; suauissimum. Hãc salutationem prior Innocentius, posterior ipse audiuimus, qui deinceps eodem contendebamus. At Innocentius cui semper insita quærendi desputandiq; libido fuit. O Bennardine facundissime inquit per eam te oro uoluptatem, qua te nostra Pla tanus affecisse uidetur, ut mihi nunc exoluas, qua ratione nobilitatam arborem uocauisti. Ille quidem primũ paulo tacitus faciem Innocentii conspexit, perinde ac si ad altio ra reconditioraue rem atq; ipsum quæstio duceret. Deinde placidis uerbis bilariq; uultu nempe respondit dulciuscule mi Innocentiole Platanum istam tuam nobilitatam appellaui, ꝙ ipsa præter tam umbrificos pampinos fructus & nuces suas non babet, uitis uuas babet, quibus platanus exornatur completaq; esse uidetur. Si quidem platanus & manca & imperfecta est, uitis ꝑfecta. Hæc quidem dignior, illa inferior, & quæ exornatur & prope perficitur a fructibus uitis. Nam ubi quod minus im

perfectumq; est, id suscipit quod maius & perfectius est, a maiori minus perfectum ac nobilitatum esse opinamur. ea est mehercule ratio, quæ me ad platanum nobilitatam appellandam cōmouit. Tum ipse qui præsto quoq; fueram quæstioni, per deos inquam Innocenti ea responsio haud quemq; decet (ut mihi persuadeo) q̃ Bennardinū hunc facundissimū. At Innocentius ait, satis superq; tecum actū sit Ambrosi, qui dum Bennardinum cum oratione laudasti, mihi tuæ intelligentiæ fecisti indicium. adeo ut quantum ille ipse sibi uelit, tu animo omne complexus es. Sed tamen quod dixit haud scio quo nam pacto mihi duriusculum esse uidetur. Quare Bennardine charissime explices uelim, quid id sit nobilitare, & uti tu dicere cœpisti maioris erga minus, aut perfecti erga imperfectum. ille uero subridēs iam inquit animaduerto o Ambrosi & Innocenti, q sermo ad id contendit, quod pauloāte mecum sum aurospicatus. nam hæc ipsa quæstio ad cognoscendam nobilitatem uergit. ego quidem ita uidetur respondi. Innocētius uero & quid quoq; nobilitas sit, si modo tibi molestiores non erimus excipere desideramus. ille uero grauis et recēs disputatio est, inquit. nā et difficilia pertingit, et ab aliorū nemie uideo esse cōplete tractatā. adde q tātæ rei nostræ uires haud suppetūt, si quādo disputatiōes faciliores refugimus. Inter hæc ex pueris Innocētii unus: cui parandæ cœnæ cura data erat, aduenit. Scitote inquit is post salutationem, q sub citrorū pergulis proprie ubi sunt fontes, strata mēsa est. et in coquina remisit omnia ignis. ut lubet cœnare potestis. Tum Innocentius ea

mus inquit, atq; post cibũ sumptum cœpto sermoni finem faciemus. Atq; deinde alios, qui passim per pomarium uoluptuose ociabantur aduocauit. Illi uero posteaq̃ undique eo, ubi nos eramus, uenere, animirati summopere sunt arboris gratiam. quorum Basilius Innocentio uolenti nos ad cœnandum conducere dixit. Quamobrem ex tam placida tegula deducis nos o Innocenti. nam hic & dii omnes et omnes musæ commorari creduntur, cum quibus cœnare quid homini contigere gratius meliusue potest? Iamq; Innocẽtius eo sese expediebat, ut mensas eo in loco amici haberent, nisi Bennardinus occurrisset. Quandoquidem inquit concœnatores mei præstantissimi duas nobis pro una cœna Innocentius noster parasse mihi uidetur: quarum altera corporis famem expellet, altera animo ornamento esse poterit, quibusque duo loca dedicanda esse arbitror. hunc ipsum unum, alterum ubi scaturiunt cum sonitu fontes. et ei cœnæ, quæ ibi paratur, puer hic addictus est. Ei uero, quam hic sumetis, præ uiribus ipse subministrabo, & omnia quidem, quæ mihi uisa fuerint sapidiora. contendãque cum puero hoc ipso apud uos, amicissimi; ut post sumptas ambas cœnas uter nostrum Innocentii nomine lautius opipariusue uel discos, uel calices porrexerit diiudicare ualeatis. Sic itaq; in hoc loco cœnabitis, quod tanta cũ auiditate postulauistis. Verum priorem hic, posteriorem illic cœnam quæso uos omnes capiatis. Anima .n. uti uos scitis, quæ ad se spectant sapidius inducit non impedita fumis a stomacho exorientibus. Neque hoc in loco sellas tripodasue expectetis, ubi efflorescentes herbulæ stragula ꝑ

mittunt. Sedete quæso, et quid in proposita quæstione sen tiam benigne audiatis, Tum nos congratulantes atq; sen tiendi cupidine pleni coronam amplam humi sedentes fe cimus. Verum nonnulli inter sese quæritabant, & præser tim Hadrianus, is.n. ecquid per Iouem maximum inquit quæstionis hic factum est, fortasse alteri summussitabant. Ambrosius cum Bennardino ad disputationem descende re, ut solet inter ingeniosos fieri, qui de re minima etiam usq; ad elementa disputationem retorquent. Vincentius uero an inquit uerius est, ab Innocentio quæstum esse, qui ante alios sciscitabundus est. Ambrosius nanq; & si mul ta calleat, non tamen ad eiusmodi quæstiones descendere solitus est. Cupit.n. gaudetq; potius contemplatione, quã collatione duorum, quandoquidem hic quietus est & co gitabundus semper, unde inter nos cognomentum taci turnitatis habet. audiuistis Hercules eum tacitum pluries nominari. Franciscus per Apollinẽ inquit tam hic mihi tacitus semper uisus est, ut indocto magis q̃ docto similis esse compareat. Hæc murmura clara & dulcis uox Ben nardini composuit. ait.n. pauloante q̃ huc accessissetis fa miliares optimi, ego hanc ipsam sub qua uiuitis Platanum salutaui. atq; ea in salutatione nobilitatam appellaui. qui dum ita loquebar Innocentium & post Ambrosium ad uentantes uidi, quorum utrunq; honestus risus cõtinebat: credo ob ea uerba quæ tanto cum affectu in arborẽ dixe ram. Atq; subinde Innocentius, cuius quale sit ingeniũ nos minime latet, quam ob rẽ quæsiuit Bennardine nobilita tam Platanum appellasti. Ipse quidem respondi ob unas

quibus ornatur Platanus, quæ qũ nuces, quas ferre solet, non habet, imperfecta est, uitis perfecta. quod uero imperfectum a perfecto prope perficitur nobilitatum esse credimus. idque qđ ego dixeram obscuriusculũ ei uisum est. credo ut alia, quæ ad eam rem attinent, explicata cognoscat. quærendo ergo subiunxit, quid nã esset nobilitare, & postea quid nobilitas. ad quæ explanãda quẽadmodũ pro uiribus sermonẽ paraui, ita uos benignos trãquillosq; auditores mihi ipsi præstetis oramus. Atque deinde, sic orsus est.

Inuenitur nobilitatis diffinitio. C.ii.

RErum igitur hæc quidem inquit imperfecta est, illa uero perfecta, & imperfecta quidem ea est, cui quicq̃ deest, qualis est statua quam ex marmore efformare sculptor studet, eamq; cœpit in faciem hõis educere. Verum in ea pte, ex qua caput fieri oportet, neq; frons, neq; cilia, neq; oculi, neq; malæ, neque nasus, neque labia, neque mentum, neque collum apparet. Similiter in ea parte, in qua pectus fingendũ est, nõ humeri, nõ brachia sedẽt, sed tantũ rude caput, et rude pectus sculptum est. Hæc statua cœpit esse hõis, nõ dum tamen perfecta est, nec ad Cæsaris Martisue similitudinẽ an afficta sit, apparet. hæc itaque qum ita sese hẽt imp̃fecta, ignota, & obscura ab unoquoq; sanæ mẽtis dicetur, ignota quidẽ, ꝙ nõ dixerit ullus Cæsarẽ esse, uel Mercurium uel Scipionẽ, obscura uero, tãq̃ tenebris obducta ac coopta esset, ad quã acies oculi penetrare minus queunt. quasi obscurũ sit sine claro, clarũ oẽ luminosum, quare qđ

obscurum est, lumina fugit. Atque ita acumine uidēdi nō capitur. nā clarū solū capitur. Vnde & ab hoc oculorum sensu ad cæteros sensus improprie eodē uerbo cœptum est uti, ut tenuis uox & quæ raucescit obscura dicta est. & odor obscurus, qui ægerrime nasum mouet. Et sapor obscurus, qui remissus est. et quando quis non in aqua refrigescit pauca & obscura frigiditas inesse aquæ creditur. addatis φ nō ad sensus mō exteriores ea usurpatio uenit, uerum ēt ad interiores. obscura. n. oratio dicitur, q̄ itellectu difficilis, & incerta mēti est. Figulus quoq; qum pede rotam cōcitat, & ex tenera creta digitis uasculare icipit, facto eo (ut ita dicā calice) qd uas futurū sit, mehercule nescitis. nam cantarus sit, an lagena, an patella, an situlla. unde discernatis nō hētis. Illud quidē ut dicebā mō imperfectum est & ignotū & obscurū. quæ si uera sunt, quæ diximus, oppositorū cōsequentia uera eē nō negabitis. hoc aūt est, quod perfectū esse uidetis, idē notum, idē clarū lucidum ue esse affirmatis. Perfecta uero res eē uidetur, cui (ut talis res sit) nihil deest. Qualis est arcula, posteaq̄ faber eā uenū dedit. ea. n. ut arcula sit, oēs tabulas consutas hēt, adeo ut in ea possint uestes, uel qd aliud uultis recōdi & custodiri. Ita & æreus Cæsar si modo perfectus sit simillimam Cæsaris faciem gerit. Hæc quidem. n. uidetur esse summa perfectio in statuis ædificandis. hoc est, ut simillime sint iis, ad quorum figuram erant confingendæ. Hæc statua ut antea dictum est, nota est, & clara & lucida. nota quidem, quod ob eam, quam obtinet pfectionē, discrimen inter ipsam & alia facimus. dicimusq; hanc ip

sam esse Cæsaris statuam, non Marii, nō Publii, non Claudii. Clara uero, quod sicut ea, que lumine colore ue aliquo sunt affecta, sensu percipiuntur, ita hæc quasi nullis caliogantibus tenebris ab oculorum acumine capitur. habent n. quandam hæc affinitatem tenebræ & claritas & lucidum perfectum et imperfectū tale, quandoquidem ueluti per tenebras quis accedens tanquam cæcus & ignarus atq; ubiq; incertus esse uidetur. Contra uero in lucido claro ue ut distinguens sciens atque certus pergit. Ita qum quis imperfectum perscrutatur comprehendereq; studet, incertus inscius & ueluti sine sensu sit, agit. Circa perfectum uero certior scientiorq; uersatur. quasi tenebræ et imperfectum infinita sint, lucida uero & clara & perfecta finita. Et illa quidem confusa & indeterminata & ignota. hæc distincta et absoluta & nota eē cōpertū idubitatūq; hēamus. Ex his, quæ modo dicta sunt cum bona uenia dicere nos posse uidemur, quod imperfectum tenebrosum est, & imperfectionem tenebras esse. Rursus perfectum lucidum & perfectionem esse lucem, & quod tenebrosum ob præsentes tenebras tenebrosum est. sunt. n. tenebræ luminis absentia. Similiter lucidum ob lucem præsentem lucidum. Est autem lux uis quædam, qua, quæ sub tenebris sunt, ut nota distinctaq; nobis sint, educuntur. Qum ergo tenebrosum lucem suscipit, lucidum fit. Lucidum quidem & illustre sola uerbi terminatione differre compertum est. Vtrunque nanq; uerbum a luce attendit, unde ab illustre uerbo illustrare nouatum est. Est utiq; illustrare id quod tenebrosum est, ob lucem illustre facere. Nunc ad ue

ſtras quæſtiones diſſoluẽdas recedamus. Quærebas Innocenti quidnam eſſet nobilitare. quandoquidem inq̃, ſi re & a ratione perpenderis, haud differre multum inueneris notum & nobile, quem[illegible]dum comprobarunt Marcellus & Feſtus Pompeius; utrunq;.n. annoſco uerbo deriuatur. qđ ſi uerum eſt. id, quod notum eſt, clarum & lucidum eſſe diximus, & ꝙ lucidum eſſet illuſtre, quare & notum illuſtre eſt, et nobile reſtat, ut illuſtre ſit a quo uerbum deducitur nobilitare. Sicut ab illuſtri illuſtrare at uero & clarũ & lucidum & luminoſum & illuſtre perfectum eſſe cenſemus, qua pro re nobile perfectum fateri ꝓbabile ac decens eſt. et ꝙ nobilitas perfectio eſt qua id qđ eam habet in ſuo genere præferendũ honorandumq; eſt. et nobilitare perficere quid, quod alia in ſuo genere antecedat honoreturq; inter ea. Qua in re ne uos ſermoq; ipſe fidem eorũ uerborum cõfuſorum amplius expectetis. eam ex bonis doctiſq; uiris facimus. Nãq; quod clarũ ſit illuſtre, hæ demonſtrant autoritates. M. Tullius de ſomnio. Oſtendebat aũt Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum illuſtri et claro loco. Et Plinius. xxxv. Na. Hi. Phidiã clariſſimum eſſe per oẽs gentes quæ Iouis Olimpii famã intelligunt nemo dubitat. Idem autor eodem libro. Sunt in Gnido & alia ſigna marmorea illuſtriũ artificium. et Macrobius primo Saturnalium Phedronem ſeruum Socrates in philoſophiæ diſciplinis habuiſſe fertur. atque is poſtea philoſophus illuſtris emerſit. Idem autor eodem loco. Alii quoque non pauci ſerui fuerunt, qui poſt philoſophi clari extiterunt. quod illuſtrare ſit illumi

nare Pomponius Melas. libro. ii. Nisi ꝙ Philoctetes alumnus Melibeam illuminat. Idem autor eodem loco. Quarum pellam maxime illustrem alumni efficiunt Philippus Graeciae domitor. Alexander etiã Asiae. Lucretius lib. i. Nec me animus fallit graiorum obscura reperta Difficile illustrare latinis uersibus esse. quod clarum sit nobile. M. Tullius in Verrem actione. ii. Oppidum est in Hellesponto Lampsacũ id imprimis Asiae prouintiae clarum et nobile. Pomponius in Macedonia prima est Thessalia, deinde Magnesia, Phthiotis, Doris, Locris, Phocis, Boetis, Attis, Megaris, sed omnium Attis clarissima. Et Plinius Phidiam clarissimum esse. Et Q. Curtius. Erat inter nobiles medicus e Macedoniam regem secutus Philippus. quod nobile sit illustre tum praedictae autoritates ostendunt, tum Macrobii primo Satur. De Epicteto autem philosopho nobili, ꝙ is quoque seruus fuit, recentior est memoria. Idem ut ante dictum est. atque is postea Phaedon philosophus illustris emersit. quod autem perfectum sit nobile, uulgare id quidem est. Plinius xxxv. Cephisontis laudatum est. Pergami symplegarum signum nobile. Idem autor eodem loco. Miratur & Praxiteles qui etiã quinque scripsit uolumina nobilium operum in toto orbe. Idem autor. Sunt inter opera eius de Appelle dicẽs expirantium imagines. Quae autem nobilissima sint, non est facile dictu. Idem eiusdem Praxitelis alter nudus Cupido in Pario colonia ꝓpontidis par Veneri Gnidiae nobilitate & iniuria. Idẽ autor. Pinxit Glyceram amatam Pamphilus cum corona sedentem, quae ne

bilissima tabula appellata est Stephanoplocos. Quibus ex locis constare arbitramur, q in eodem significatu concordantur & notũ & perfectum & nobile & lucidũ et illustre. An in hac ipsa re distinctius uelimus intelligere, q res sese hẽat, sicuti in Sole contingit. Sol quidẽ lumẽ habet, quod eius corporis ueluti perfectio est, atque ab eo lumine lux & fulgor quidam diffunditur, quo omnia tantũ luminis & sentiunt & admirantur. Ita quidem perfectio ubi ubi fuerit ut lumen est, a qua decus enascitur quoddam ut fulgor, quo oẽs natura iureq; ipso trahimur ad illud perfectum præferendũ, honorandũque inter ea, que sunt eiusdem generis, aut minus perfecta absolutaque q̃ ipsum est, atque ita nobilitas est decus perfectionis, quo unusquisque ducitur ut perfectum p̃ferat honoret admireturque inter ea quæ sunt eo imperfectiora. unde nobilitas nõ est perfectio, sed non potest esse sine perfectione. Quippe quæ ab illa oritur, sicut fulgor a lumine. atque eam ob rem quod perfectum est, idem nobile est, & quod nobile perfectum. Similiter quod nobile est, idem clarum, idem illustre, idem lucidum, eximium, egregium, insigne fulgens, & quodcunque de quopiam præstante locuntur. Quin & nobile est, quod huiusmodi habet decus, & nobilitare decorare est quid ob perfectionem, quod alia in suo genere antecedit. Unde quæcunque imperfecta & manca & minora esse, quæ uero perfecta plena & tota & maiora atq; digniora. atq; talia, quæ qum imperfecta suscipiunt, proculdubio perficiuntur atq; nobilitantur. Sicuti Platano tuæ frondenti contigisse uidetur, quam uitis et excre

nat et complet, & quantũ res patitur perficit. Hũc itaq; in modũ quid nobilitare et maioris erga minus, uel perfecti erga imperfectum, et quid Nobilitas ipsa sit, a nobis accipiatis.

Laudatur Bennardinus, quem rursus inuitat Innocentius petitq; ut disputet particularius de nobilitate. Cap. iii.

FActa itaq; dicendi fine, omnes certatim cum maxima admiratione et copiam orationis, et pronunciantis tum leporem cum concinnitatẽ, tum ingenii magnam acrimoniam collaudauere. Atq; unusquisque locos, qui ipsis magis placebãt, repetere cœperat fuisset q; eo modo multum contritũ temporis, nisi Innocentius iterum cœpisset. Quantaq; dixisset copia et rerum noticia et elegantia tua sit o Bennardine, hodiernus dies nobis amplissime confirmauit. Quanq; consensu omniũ uel doctiorum te ante ire cæteros tuos æquales apud nos comprobatum sit. Videris medius fidius, ut inter diuina magis q̃ humana igenia cõnumereris, dignius esse. adeo q nulla sit res, neq; tibi ulla potest fieri quæstio, cui rationem et causam non des. Vnde quod tam sapiens es: audatiorem animosioremq; me in te rogando reddis. Nescio. n. quonã pacto uiri autoritas et fides, quærentis auget ac inuitat animum ad postulandũ. quod non contingit quidem, quum imperitos sumus rem grauem rogaturi. Qua pro re si libet, rursum uelim tu te ipsum exerceas, ut quæ docuisti, ea sint

ea sint tum apud me, tum apud cæteros, quos te audiuisse uides planiora & utiliora. Bennardinus uero subridens, ut Solebat, ait. ꝙ me beneuolentia summa prosequaris Innocenti ꝑstantissime sum alias quidem arbitratus, nūc forte ipsa quantus sit amor erga me tuus effectu cognosco. nam quæ dixerim, cum aliis laudauisti. atqꝫ tu te tibi suades, ꝙ si ꝑ ea doctus apud hosce nostros amicos uisus sum, per alia explananda ductus fortasse doctior cōprobabor, quæ omnia in bonam partem et amice accipio. quāobrē potestatem rogandi tibi facimus. nam nullos labores dicē do subierim profecto, ubi primū aures istas tuas meo tibi dulcissimo, ut ais, eloquio compleuisse senserim. Tum Innocentius quanquā nobilitatem ipsam accurate & diligē ter definiuisti, elegātissime Bennardine. tamē nimiū uidetur esse uniuersalis ipsa nobilitatis diffinitio. adeo ut nulla uel tenuis ex ea definitiōe cognitio cōmoditasqꝫ capiatur. nam ea cōuenit ac quadrat se cū nobilitate ratio. Sed quonam pacto rerū altera est nobilior altera, & ꝑsertim homo in quo plurimū exquiritur ipsa nobilitas, qui qua causa nobilis sit, i ea uniuersa definitione, nō cognoscimus. quod potissimū esse opinor. ea ꝓ re explanes enarres doceasqꝫ uellemus nobilitatem in una quaqꝫ rerū. ut cui cædendū, quod honorandū cuiqꝫ incumbendū sit nō ignoremus. Ad hæc Bēnardinus a cōmuni ædepol uniuersaqꝫ ratione ad propria particulariaqꝫ deferri disputationem exoptas. ut quo pacto singula nobilitate participent, scias. idqꝫ etiam eorum honorandorū gratia facis. accipio libenter prouinciam, ut tibi cæterisqꝫ ꝑribus gratificer ac inseruiam.

pertractaboq; particularius de nobilitate, ut cupitis. in quo illud monuisse uelim. quod discussio haud ad singula pertinget. esset equidem desperatū opus, & ubi modus nusquam inueniretur. disputabitur ergo per capita rerum. ubi quum nobilitas fuerit reperta, ad eam cætera quæ in genere collocantur etiā particulares & digito monstratæ res referātur. in quibus tantam uos nobilitatē esse censebitis, quātum eius nobilitatis participabunt & capient, quæ in eo genere ostendetur. atq; ita omni ex parte ratio de nobilitate fuerit clausa & absoluta. ubi exordium hic cum diis iuuantibus benequè uertentibus capiamus.

Diuiditur natura, & in ætherea regione quæ sit nobilitas explanatur. Cap. IIII.

RErum inquam inquit, quæ a matre natura ferūtur contineri, altera siderea, elemētaria altera est. quæ uero siderea est, ab illatabili illo circulo, in quo astra digesta sunt, usq; ad curuamina Lunæ pertingit. quæ tota in octo sese complectentes orbes partitur. quorum extimus stellifer dictus est. ubi luminaria & stellas fixas esse arbitrantur. atque sub eo orbe septem deinceps uersum terrā orbes distincti sunt. quorū singulis singula sidera, quæ erratica dicūtur, tributa sunt. ut Saturnus, Iouis, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Agite nūc ab orbibus disputare incipiamus. quisquis equidē orbis, ea parte qua orbis est, perfectus est, ueluti statua, ea ratione qua statua est, perfecta est. habet. n. summā illam similitu

dinem hominis, ob quã fieri cœperat. ad hæc sicuti quoq; in statua duo sunt. hoc est perfectio, & id, cuius est perfectio. nam pfectio est statua ipsa absoluta. id uero cuius est perfectio, est statua, quæ nõ ad huc similitudinẽ hominis ultimam habet, quã habere cœperat. iamq; in ipsa, ut dicebam statua perfecta, nihil prohibet, ne utrũq; putemus. hoc est, & perfectionem, & id, cuius est perfectio. hæc n. sese mutuo uocãt, ut pater atq; filius. & duplum & dimidiũ. quod si ita est, haud inepte dicemus. q statua est nobilior se ipsa imperfecta. ita quoq; in orbe res se habet. nã in eo si perfectio, & id, cuius est perfectio, adesse credatur. atq; orbem nobiliorem esse seipso imperfecto. id. n. ut dictum est, consentientibus omnibus, quod perfectũ est, notius: clarius: melius: certius: illustrius: lucidius: fulgentius: charius: honorabilius: preciosius: & nobilius eo est, quod est imperfectũ. sic itaq; quisq; orbis, ut orbis est, sicut perfectionem habet, sic quoq; nobilitatem. idẽ in cæteris rebus intelligatis, quod hic monuisse, præq; dixisse satis est. uerum orbes triplici ratione comparare ualemus. nã aut orbes comparabimus ad se ipsos imperfectos. ob quam iternã collationem, quisq; nobilis & æque perfectus est. aut ad alia rerũ genera, quibus & nobiliora & ignobiliora esse queũt. aut inter sese, quo modo unus orbis dandus cæteris & perfectior & nobilior. quandoquidẽ orbes ad elementa collati longe nobiliores perfectioresue esse inueniũtur. elementa. n. caduca intereuntiaq; & animaliũ sedes sunt. cœli uero ætherni imortales & domicilia deũ. rursus orbes ad sidera cõparati postponũtur: tãq; ipfectiores. uires

n.quibus hæc inferiora reguntur, haud ab orbibus inferri compertæ sunt, sed potius ab astris stellisq;. qualis calor et Solis uigor, quo & hyems et æstas fiunt. similiter & arbores & herbæ frondescunt, & in plenilunio augescũt cerebra & cõchilia, eadẽ decrescẽtia quando cõiunctio fit Solis & Lunæ. Et orbes ob astra sunt, tamq̃ instrumẽta. Nã ut Luna secũdum naturã feratur, orbẽ i orbes quattuor diuisum habet. Nã lunaris orbis deferentes duos habet, & mediũ, qui dictus est eccentricus. atq; in hoc eccentrico sphærula est. quæ dicitur epiciclus. in quo luna ipsa collocata rotat. quod quoq; fere est i cæteris orbibus. Et ab hominibus stellæ & sidera, dii credũtur, adorantur, uenerantur, metuũtur, non orbes. et sidera uidemus, nõ orbes. Et siderũ cursus contẽplamur magisq̃ orbiũ. & sideribus delectamur, non orbibus. quã ob rem orbes ignobiliores imperfectioresq; sunt luminariis. perfectiores uero & clariores elementis, ad alia, ut dicebamus, cõparati. nunc uero inter se se ipsos orbes si lubet cõferamus. Videtur hercule q̃ extimus sit & perfectissimus & nobilissimus. ille quidem unus & indiuisus uoluitur. alii uero diuisi sunt. nam unaquaq; sphæra, in qua stella erratica fertur, diuisa est in plures orbes, ut i deferentes, ut diximus de Luna, et i mediũ, qui centrũ habet aliũ a centro mundi. nam quod diuisum est, ad infinitũ tendit, quod uero unũ ad formam finitum q;. ob quã rem ille sũmus simplicem motũ habet. alii uero multiplicem. stellifer.n. solũ modo ab oriente ad occidentẽ et uno tenore torquetur. Errãtiũ uero sphæræ partim ab oriente ad occidentẽ, partim ab occidente in orien

tem currunt.idq; uno eodemq; tempore. Nam Solis orbis deferentes ad occidētem eccentricū rapiunt. eccētrius uero ab occidēte econtrario ad orientem motu proprio solus uertitur. Et summus ille ubiq; stellatus est, unde & stellifer dictus est. cæteris uero singuli insunt planetæ. et stellifer a nullo rapitur. reliqui uero orbes omnes ab extimo torquētur. qua pro re stellifer perfectior pstantiorq; & nobilior reliquis esse comprobatus est. Siderū aūt omnium præstātissimū nobilissimūq; Solē esse, dicere fas est. hūc.n. principale naturæ regimē ac numē credere, decet opa eius ex timantes. hic nāq; lucem rebus ministrat, aufertq; tenebras. hic reliqua sidera occultat. hic uices tēporū annūq; semper renascentem ex usu naturæ temperat. hic cœli tristitiam discutit. atq; etiam nubila humani animi serenat. hic suum lumen cæteris quoq; sideribus fœnerat. pclarus eximius omnia intuens, omnia etiā exaudiens, ut principi literarū Homero placuisse cōperio. Solem quoq; & cætera sidera ad se ipsa imperfecta, si cōparaueris, pariter perfecta & nobilia inuenies, sicuti de orbibus dictū est. sidera uero omnia & etiam Sol ad alia collata possunt nihilominus esse ignorabiliora. mundū.n. perfectissimū esse omnium, quæ in eo continentur, nemo negare potest. est.n. mundus ut totū, astra uero ut partes. totum quidē perfectum est, pars uero imperfectū quoddam et diminutum. cuius quidem perfectionem deū esse inuenti sunt, qui dicunt. Ex iis ergo, quæ dicta sunt, cōpertum esse (ni fallor) in ætherea mundi regione, q orbes nobiles nobilissimum extimū suscipiūt. atq; hi omnes ignobiliores sunt stel

lis. et stellæ omnes primũ nobilissimumq; Solem esse pro
fitentur. Qua pro re Sol nobilissimus est omniũ, quæ in
cœlo continentur complantataq; esse creduntur.

In altera mundi regione elementa collocan-tur; quorum nobilissima terra probatur. Cap. V.

Dicebam ꝙ rerũ, quæ natura sunt contentæ, quæ
dã est æthere a, quarũ cœlestiũ nobilissima inuẽta
est ea, quã Solẽ appellant. neq; tamen in ea di-
sputatione cætera cœlestia sua, ut decet, nobilita
te defraudata esse opinamur. tribuimus. n. ut nostis, amici
iucũdissimi nobilitatem honoremq; suũ unicuiq;, iuxta ra-
tionem perfectionis. quædã uero elemẽtaria, de qua nũc
dicamus a cœlis ad hæc humana deuecti. hæc a cõcauo or
bis Lunæ usq; ad centrũ terræ ꝑdurat, diuisa quoq; i quat
tuor corpora, quæ elementa appellãtur. nam ignis sũmus
est, sub eo aer cõcessit qui eius naturæ ẽ, ut aquas ambiat:
quibus aquis subiecta esse terra nata est. perfectissimũ aũt
horũ quattuor id corporis, ꝙ terra uocatur, breuibus esse
cõmostrabo. uidetur. n. ingeniũ terræ tale esse, ut magnã
habeat cũ immortalibus corporibus similitudinem. illa. n.
neq; quidẽ algore neq; æstu affici corrumpiue possunt.
terra uero & si hisce affectibus suffundatur, non tamen
corrumpitur, aut ægerrime corrumpitur; tutans ualen-
tissime sese, ut eas qualitates propulsans in sua substantia
ac ui, tanquã diuinum corpus manuteneatur. quod in cæ-

teris elementis haud unquam comperietis. Ignis namque subito fere ab aquis extinguitur, & sæpissime in aere frigido candela extincta est, ut in puteis altis. et aer ab æstu in ignem, ab humido in aquam, a frigido in naturam terræ facile trahitur. Aqua quoque tum in aerem, tum in gelu, ex quo crystallus gignitur, quæ lapidea & terrea est, pauco & tempore et labore conuertitur. rursus stellifero orbi terra simillima est. nam sicuti illic sunt astra, quæ nihil aliud sunt quam stellarum conuentus ex eius corpore confectarum. ita et terra maculata quasique stellata est. quum urbibus distincta sit, quæ hominum sunt congregationes ex substantia sua terræ constructis ædificatisque, & sicut ille uariatur multitudine stellarum adornantium faciem eam cœli, quæ ad nos conuersa. ita quoque facies terræ pingitur atque sculpitur montibus, uallibus, fluuiis, arboribus herbis ciuitatibus, & tot generibus animalium. & sicut infinitæ sunt uires stellarum in aplane fixarum. ita & innumeræ herbarum, arborum lapidumque & animalium potestates affixorum uiuentiumque in terris. ut possitis cognoscere fere de gloria pugnam esse inter cœlum & terram. ignis uero uiduus orbatusque est tot dotibus. et aer similiter. aqua quoque ueluti aer est. nam sicut in aere aues, ita in aquis pisces peruagantur. rursus terra tot milia & plantarum & animalium genera non modo parit, uerum etiam seruat & alit. sicuti natos amantissima mater, unde & magna mater a sapientibus dicta est. Ignis uero & Aer et Aqua steriles esse uidentur. et quæ in aquis sunt uiuentia sine igne et aere es

se possunt et sunt, immo moriuntur in illis, sine terra uero haud usque uiuere queunt. Et quae in aere uolant columniq; pleraque neque igne neque aqua indigent, a terra uero nunquam abesse amant. Quae uero in igne animantia esse credũtur neque aerem neq; aquam colunt. terrã uero omnia amplectuntur & expetunt, ut ex his cognoscere ualeatis omnibus. quae uitã sortita sunt, terram esse necessariam, alia uero elementa non ita necessaria. Et haec saepe prope irasci uidentur. Nam aquae subeunt in imbres, rigesũt in grandines, tumescũt in fluctus, praecipitãtur in torrentes. Aer uero densatur nubibus, furit procellis, minatur, saeuitque fulminibus, quibus & terrentur & uastantur & occiduntur et animalia et plantae. At haec benigna mitis indulgens, usibusque mortalium semper ancilla quos odores saporesque, quos succos, quos fructus, quos colores, quas medicas herbas, quam bona fide creditum foenus reddit: ut facile eius naturam aliis praeferre dignemini. Per haec itaq; clarum probatumque esse arbitror Terram esse elementorum et perfectissimam & nobilissimam.


Qum tota terra eam nobilitatem nõ habeat in tẽperata zona perfectio collocatur. C. vi.

TErra quam nobilis sit, quantoque caeteris dignior elementis, p superiora patere credimus, Verũ ob eius positum erga Solem & astra contigisse ei uidetur, ut uniuersa eam dignitatem non recipiat. utrinque nanque premitur ipsa rigentibus pruinis, media


æstu flagrans atque torrescens. idque quo lucidius capiatis, longiora & altiora quædam aliquanto exordiamur. Cælum quidem uel extimus orbis, ut alio uerbo utamur, polos duos hẽt oppositos, alterum nobis eminentẽ, qui ab Aquilone uẽto aquilonius dictus est, uel Septẽtionalis a septem stellis, quæ prope polum sunt. alterum, qui nos latet ob terræ tumorem, dictum hercle quoque ab Austro uento australem. Græci uero ñostrum arcticon ab arcto. i. ursa signo, cui uicinus hic polus est, appellant. alterum uero antarcticon, hoc est, contra arcticon, uel contrarium arctico frequenter dicunt. quos inter polos axis intercluditur transiens per centrum terræ, atq; circa axem mundus ipse uoluitur uti uidemus ex oriente in occidentem. Est quoque in cælo medius circulus pariter ab utroque polo recedens, qui æquidialis appellatus est, eo quod qum Sol sub eo graditur, æquam nocti diem affert. Est & cingulus quidam etiam in stellifero, qui signa duodecim confert, qui signifer dictus est, & a græcis ζωδιακὸς. i. animalis appellatur, quique latitudinem duodecim partium habet. idem secatur quoque in duas æquas partes ab æquidiali, quarum altra ad aquilonem uergit, ad austrum declinat altera. utrarunque uero partium maxima declinatio est ab æquidiali per. xxiii. partes cum tantillo. unde contortus obliquusq; esse compræhẽditur. neq; cũ aliis circulis, qui in cælo finguntur concordans est, quorum unus idẽq; axis est, & poli iidem ipsi, quos mundi esse diximus. Sed alium axem, aliosque polos suos zodiaci propriosque tenet. quorum polorum uterque uariat a polo mundi tan-

tum, quantum cingulum ipsum signorum ab æquidiali deflectere dicebamus. hoc est, per xxiii. partes additoque pauco. est autem pars, una ex trecentis sexaginta portionibus aut spaciis, in quæ diuiditur maximus quisque circulus stelliferi, ut æquidialis est. Ex his itaque liquet. ꝙ inter arcticon & æquidialem circulum duo puncta locaque sunt notata. alterum ubi est maxima declinatio zodiaci, alterum ubi est polus zodiaci. totidemque in parte australi. quæ quidem quattuor puncta ad motum ultimi orbis mouentur (sunt, enim in eo hæc ipsa puncta descripta) mouendoque quattuor circulos exarant æque distantes æquidiali, eodemque ipso minores. hos hercle quattuor circulos si diuidentes cœlum ipsum confingetis. quinque spacia intercœpta esse uidebuntur, quas zonas Græci uocant. nominantur autem hi circuli australis unus, qui est ad australem polum. Circulus capricorni alter atque hyemalis solstitii. Tertius circulus cancri, & æstiui solstitii. Quartus Septemtrionalis. quia circa Septemtrionalem polum rotare inuentus esse. Quando quidem a polo arctico usque ad circulum Septemtrionalem una zona perdurat, a Septemtrionali uero ad cancri circulum altera sequitur. Tertia inter cancrinum & capricorninum circulum intercipitur, quæ media est. Quarta a capricornino usque ad australem circulum attendit. Quinta est, quam australis circulus cum polo antarctico claudit. hæ quidem sunt in extimo orbe partitiones perque hos circulos polosque. Quos hercle in terra ipsa imaginari nos oportet. primum equiso

dem duo opposita puncta in terra fingatis, subiecta polis & circulos quattuor ita sese consequentes. uelut ii, qui in cœlo esse dicuntur. hi quoque terrestres circuli cum punctis terram in quinque etiam spacia scindunt, & zonas. Quarum media torrida dicitur. extrema altera borealis, australis altera, utraque frigore præssa. reliquæ duæ temperatæ. harum rursus media domicilia stationesque & animalium usus non recipit ob nimium Solis ardorem æstumque borealis quoque homines fugat nimietate frigoris. atque ita coniectura credimus australi zonæ ob frigiditatem contigisse. illa enim huic ipsi opposita est, eodemque modo a Sole recedens. Ea uero quæ inter borealem & torridam collocata pars est, temperata & omnium animalium plantarumque & incessans & benigna alumna est. Nullum enim uiuentium genus inuenietis, quod summam quam ultis extremamue affectionem diu ferat, quasi ex utriusque oppositis calido frigidoque confectum utrunque respuens ultimum; mediocritate temperamentoque gaudeat ac uiuat. Similique ratione de ea arbitramur parte, quæ inter torridam & australem zonas intercœpta est. Hæ igitur duæ partes perfectiores reliquis tribus esse creduntur. quod ea officia uniuersaque terræ effecta in his locis percipiuntur. & laudes, quas terræ superioribus tribuimus. ipsa per hasce zonas consecuta esse uidetur. Quam ob rem totius terræ, quæ nobis aut gradiendo, aut nauigando nota facta est, perfectissima ea pars est, quæ temperata est demonstrata. Oræ autem marginesque,



quæ eam zonam claudunt, a Septentrione borealis circulus est, ut dictum est, qui per insulam Thulen pertransit, itq; per eam regionem, quæ superior est montibus Hyperboreis. ab opposito uero latere circulus cancri est, qui secũdum Chelonidas paludes & hostia Indi fluminis descriptus est. Hi quidem duo circuli latitudinem, quæ est a boreali ad austrum claudunt. Orientalis deinde terminus linea est, quæ ab austro ad aquilonem per Sinarum montes & Sericam regionem ducta est. Ab occidente quoq; eandem zonam claudit linea, quæ ab austro similiter ad Septentrionem per insulas fortunatas & extra columnas Herculis extenditur, quæ duæ lineæ longitudinem zonæ finiunt. addatis, ꝙ quemadmodum borealis zona ob nimium frigoris, & torrida ob immensum calorem reiectæ nobis superius sunt. mediam inter has & temperatã tuentibus ac deligentibus. ita quoq; in hac ipsa temperata contingere uidetur. quasi eam in tres zonulas diuiserimus hoc est in australem, quæ torridæ opposita est, & borealem, quæ uicina est Septentrionali zonæ, & mediã inter utrasq;. Quandoquidem media hæc temperatissima est extremarum, altera calidiuscula, frigidiuscula altera. At i calidiuscula totum littus Aphricæ. quod mediterraneum alluit collocatum est, & ex Asia utraq; Arabia & Susiana & Persidis & Carmiana deserta & Carmiana uera & Drangina & Gedrosia & Aracosia & India intra Gangen & India extra Gangen. Contra uero in frigidiuscula Iberia & Albon & Thule insulæ in Oceano septentrionali & in continente Lugdunensis & Belgica Galliæ



& magna Germania & Sarmacia Europæ & Sarmacia in Asia & Scithia intra Imaum montem & Serica regio. In media uero, quæ omnium zonarum tēperatissima est, populi præstantissimi incolunt. qui & manu & ingenio, uel domi uel militiæ alios longe præstiterunt præstantque, ut cognoscere ualeatis optimam terræ partem optimos tanq̃ parentem filios peperisse. hæc ipsa media zonola laudes omnes sibi uendicat non modo ex uiris, quos ipsa tulit, uerum etiam ex omni genere fere & animalium & plantarum, ut ampliter bistoriæ et apud Græcos & latinos digestæ docent. Prouinciæ uero quæ in ea sunt, prope modum hæ sunt. Lusitania, Betica & Tarraconensis Hispaniæ, Aquitania, Narbonensis Galliæ, Vindericia, Noritia, Pannonia, Italia. Quinet Corsica, Sardinia et Sicilia insulæ. et Dalmacia, Dacia, Thracia, Græcia. Et insulæ Corcira, Creta, Rhodus & Cyprus, Asia, citra Thaurum, Siria, Mesopotania, Persidis pars, Armeniæ duæ, Colchi, Iberia, Albania, Assiria, Media, Hircania, Parthia, Aria, Bactriana, Paropanisades, & omnes regiones quæ Imaum, Emodios, Sericos, Ottorocoranos montes attingunt usq; ad Orientē.

Disputatur ꝙ p̃stantissima prouintiarum Media est. C. vii.

Harum uero prouintiarum dignitate infima prope est Hispania. est. n. ad ultimas terræ partes. neque apta est, ut si quando cæteræ orbis regiones ei subiicerentur, leges & iura ex ipsa accipiant. et imperium non ita

sæuum reciperetur. Quonam animo Persa aut Indus mandata metuet Hispanorum. Qua pro re nunc amplificare suos fines potuerũt Hispani: Italia longe præstantior: hæc.n. aliquando ab occidente usq; ad Indos & Bactrianos manus extendit, & Aphricam subegit & totam eam partem, quæ uergit ad Boream. fertilis tota & dulcis ubique. Doctorum uirorum semper & militum alumna, atque ea quæ multum abest ab extremis marginibusq; Zonæ. Post Italiam Græcia sequitur: hæc facile præstantior & positura loci. est.n. Græcia interior, magisq; uicina medio orbi quam sit Italia. & fertilitate, & locorum dulcedine tota frugi, parataq; ad quam uultis hominum uel uoluptatem uel utilitatem. Insignita regibus, decorata urbibus, honorata literis, Musarum deorumq; domus, & ea, cuius imperio totus aliquando orbis paruit. Et armorum magistra & sapientiæ præter alias artes autor & inuentrix. In Asia multa egregia loca eadem Zona habet. quorum præstantissimus is esse uidetur, quam Mediam appellant, cũ Persidis pte. hæc.n. in medio & lõgitudinis et latitudinis est, æqueq; distat a Septẽtrionali et cãcrino circulo & ab Oriẽte & Occidente, ornata campis fluminibusq;, quæ aliis fertilitate & rerum copia haud inferior est a Septẽtrione Caspium, a meridie Persicũ et Indum pelagus nauigat, ab Oriẽte semper solo itur, ab Occidẽte continentem tuetur usq; ad Hellespontum. Armis quoque aliquando floruit, a deo ut olim toti Asiæ dominata sit, ut Strabo refert & Diodorus & Herodotus. Hanc autem perfectiorem nobilioremque cœteris antedictis fatea

ri, haud dubito. est.n.ut diximus cardo modiolusue omnium terrarum, & quam omnes ueluti reginam, circunspiciunt hominum nationes. nisi forte & Italia & Graecia sibi eam laudem uendicare studeant ac nitantur. Appellat equidem alias gentes barbaras ipsa suauiloquens & Graecia docta, suam esse sapientiam contendit, se splendidissimam esse uiris, quibus non modo Mediam domuisse, uerũ ẽt totum orbem. neq; unq̃ quenq̃ populũ, gentemue inuentam esse, quae se parem Graecis facere quiuisset. tantum ipsa inter caeteras prouintias claruit. Verum haec ipsa tum audienda prope erant, qum imperio & sciẽtia pollebat magnifica Graecia. Nunc uero ad id cõditionis deducta est (ut scitis) ut uix nomen quidem retineat. dirutis tot florentissimis urbibus, occisis tot populis, spoliata diuitiis et imperio, serua redacta, ignara effecta, pro Haeroibus nunc latrones nutrit, dorso suo alienigenas et imites hoies ferẽs. Quasi aut fortuna, aut fata ita ferãt, ut quãtũ quid dignitatis attingat, aliquãdo tãtũdẽ seruitutis patiatur. neq; ulla ea pro re hodie regio est ꝑfecto, quae conditione Graeciam nõ excellat, excepta positura loci quae a natura tributa est. hoc est, ꝙ intemperatissima zona, neq; ultima, sed prope mediã collocata est sapientia uero, quam graecorum esse tuentur, haud a natura graecis donata est, sed eorum studio diligentiori comparata. quae si ab aliis, medisue non ita recipiatur minime mirum sit. qum facultas & coeli species eadem graecis sit & medis. unde & si alias non cõpararunt medi philosophiã (quod quidem ignotum est) nihil tamen ob est, ut consequi egre

gie ualeant. Italia queq; sordida prius superbire cœpit a Romulo & nomen magnifice suum ꝓpagauit.idq; per reges primū, deinde per tot egregios clarosq; cōsules, postremo per fulgentissimos cæsares. conata tādem omnibus populis iura dicere, & linguam & mores suos consparge re, ut nutu eius omnia fierent. Nunc ad tantam humilitatem deuenit, ut caput eius imperii barbari toties castigati subiectiq; occupent. regemq; Romanorum ipsi creare audeant. quæ etiam undique pellitur, uerberaturq;. tanq̄ ex eius uiris fœminæ sint effectæ. quandoquidem positis armis pars maxima ad exercendas mercimonias inclinata est, uilissimum prope et ingloriū exercitii genus. parsq; ut deo seruiret, gloriā omnē neglexit. Pars uero arma colit, sed adeo obscure frigideq;, ut nullū unq̄ inde nobile facinus exclaruerit. quasi feruorē illū & animi ferociam olim indomitam conuersam habeat in torporem atq; formidinem. amans obedire, regiq; magis q̄ imperare & dominari. mores quoq; & linguam miscellaneos recipit, ut uel Hispanos uel Gallos ferre eam, diceretis, aliena exteraq; semper admirans, & præsertim eorum populorum, quos tot annos seruos calcauit. sua uero torpescenter despiciens. olim quoque docta prosecto & eloquens fuit, nunc uerbosa audaxque & barbarie fere cooperta exultat. quam dii deæque omnes seruent secundetque, nec impessum dent, ducantque ad oppositam fortunam, ad quam Græcia abiecta iam est. Media autem suos quoque honores habuit. Nam præter opulentiā, quā aliis non inuidet, armis quoque ꝑualuit. atq; ut dictū est totius Asiæ imperio potita

est fere

est fere per ducentos annos. in quo comparando credideritis ne per Iouē uiros fortes defecisse, bella & cædes, et mille stratagemata non intercidisse quibus se forte patrem & Græciæ & Italiæ dicere ipsi licet. quod barbari dicantur & ab Italis & prius a Græcis, id quidē nō ita libere audiēdum esse. non. n. unquā mihi persuaderi potest, quod tam grandi populo dominanti i tot populis leges & instituta & oratores & ad ultimū literæ accomodatæ non effuissent. tradunt præterea Græci, Medos multarū rerum autores Armeniis fuisse, ac prius etiā Persis, qui in potestate Asiæ successerunt. nam quæ tunc persica schola diceba tur & equitandi & sagittandi studium, & cultus & ornatus & religiosa a subditis in reges ueneratio a Medis profecta est. Persæ quoque post subactos Medos, quædam sibi uendicauere, quæ Medorum erant. et adeo honesti & regii uictorum mores uincentibus uisi sunt, ut pro nudis ac leuibus muliebria gestare & uelamentis contegi paterentur. huius etiam elatum caput fortuna detrusit. fecitque, ut solita est, ex dominai seruam. subiiciens & urbes eius & agros omnes & per tot annos cōparatas fortunas hostibus. adeo ut quantum prius nomen medicū celebre erat, nūc tantū & ignobile humile & obscurum esse appareat. sic itaque in hisce prouintiis actū est. & fortuna eo pacto delectata. quibus si fortuita amouenda fuerint, propter id quod eiusmodi fortuitis prouintiæ sese minime præstant. siquidem hæc aut paria sunt, aut etiam non multū alia aliis antecedentia, parui facienda sunt, ob eorū infirmitudinē. restat ut dignitatem perfectionē & nobilitatem a natura loci

trabamus. in quo nullũ equidem inuenio, quo aut Italia aut Græciã Mediam p̃stet. omnes. n. (ut dictũ est) sæpius, in eiusdem temperatæ filo digestæ sunt. Media uero illas aliasq; antecedit, q̃ meditullio gaudet, æqueq; cedẽs est extremis. quã ob rem perfectissima & nobilissima terrarũ temperata zonula est. cuius optimus et nobilissimus is locus est, quæ Media est appellata.

Diuidũtur ea quæ ex elementis constant in animata & in inanimata, & quod animata sunt perfectiora demõstratur. Cap. VIII.

COmparatis inter sese elementis, nũc ad ea (si placet) ueniamus, quæ sunt ex hisce elementis composita. sunt quidem igitur cõposita in duo diuisa genera. inanimata altera, altera anima prædita. inanimatorũ quidem quædam per suã speciẽ sunt, sicuti lapides et metalla. quædam uero per internitionẽ animatorũ qualia ligna et cadauera non hominũ solũ & eorũ partes ut ossa. animatorũ similiter quædã sensu carẽtia sunt, ut plantæ, q̃dam sensum habentia, ut animalia, & plantarũ. quædam sunt arbores, ut olea ut ficus, quædam frutices ut rubus & myrtus. quædam herbæ, ut triticum et olera. animaliũ quoq; quædã aquatilia, uolatilia quædam, et q̃dam terrestria. animata igitur longe perfectiora sunt inanimis eo solo (ne multa concitem) q̃ in illis testis est summæ & diuinæ mentis iniectus. inest. n. uis quædam ciens digerens atq; corpus id, in quo est, colorans, seminaq; interea subnectens, quibus unũquodq;

perfectum animantium genus interitū fugit, æuaq; semipiterna uiuit, ut cætera æterna durare creduntur. inanima uero immota, semper quidem torpent, ad seruicium apta, eoq; interno spiritu compellante priuata. atque ea, quæ suam ipsorū speciem nulla propagine seruant. neque quoq; perfectionem animantiū imperfectorum attingere queunt. quandoquidem his parū deesse, quo illorū perfectorū numero habeantur. quod euenire ex corporis sola ipsorū imbecillitate reor. unde constans est, ꝙ animata perfectiora & nobiliora sunt inanimis.

Inanimatorū contingenter existentium paleæ ꝙ pampini nobiliores sunt. Cap. IX.

VErum qum hæc ipsa animatis ignobiliora imperfectioraq; esse cōstat. non tamen perfectione usq; quaqꝫ defraudantur spoliataq; sunt. ea quidē sunt (ut dicebamus) alia nō per suam speciē, sed cōtingenter existētia. ut pampinus palea & lignū ex plantis excisis extirpatisue. & cadauera & testæ & ossa ex animalibus cōmortuis. idqꝫ neglectis reiectisqꝫ utrorūqꝫ purgamētis. ut gūmi ut succis cæterisqꝫ talibus. paleæ igitur perfectiores sunt pāpinis. nā paleæ haud distant a feminibus. eadem. n. utrisq; materies & substantia. nisi quod paleæ crassior, feminū subtilior eadem est. quasi cōparata ad animal palea, uti corpus mēbris cōstās est. femina uero ut humor ille glutinosus, quē aīal ad generādū sese ꝓfert ei citq;. pāpinos uero ut purgamina plātæ esse, tanqꝫ hominis animalisue capillamentū. qui quidem homo cū spermate suo

idem est, non idem cũ capillo. sic & palea cum semine suo idem, non idem cũ pampinis esse probatur. uerũ pampinos haud differre a foliis, & paleam omnes herbæ calamos significare hic itelligimus. pampinorũ uero perfectissimũ esse, aut eum, quẽ Laurus aut quem palma effert. uidentur. n. hi ipsi lõge aliis diuturniores, magisq; sese a corrumpente omniũ tempore tuentes. addatis ꝙ palma nobilissima arborũ erit demonstrata, cuius nobilitate pampinos quoq; eius insigniri cõcinne arbitrari ualemus.

Palea est ignobilior ligno, et quæ palearum optima ostenditur. Cap. X.

PAlea rursus ignobilior lignis est. quãdoquidẽ lignis uirtus etiam inest. qua ex eis saltem fungi et uermes generati nascũtur. Paleis uero uis omnis prorsus mortua est. et ligna perferũt seruantq; diutius uires affectionesue cõmissas a uirescente planta. palea uero citius eas puluerescens exalat. est autem ꝑstantissima palearum ea, quam ex tritico herbarum perfectissimo reponunt agricolæ.

Lignis omnibus cedrinũ præfertur. Cap. XI.

EX lignis autem ꝑtermissa hominũ superstitione & uoluptate cedrinum perfectissimũ nobilissimũq; esse fatemur. id. n. tãtis sua natura uinculis cõpactum esse, ut secula et prope marmora longinquitate temporis

superet. unde et cedro dignas orationes dictitant. quas ob earũ uires (ut perpetuæ sint) cedrinis tabellis annotari desiderant. neq; superstitiones sequentes aut piri aut fici aut tiliæ ligna ꝑtulimus, ex quis simulacra deorũ sculpunt effinguntq;. accidentia uidelicet & mortalium excogitamenta eis, quæ sunt a natura anteponentes. neq; uoluptantes unguentarios ad mirtã odores fumosq; ligni aloes styracis thurisue sectantes. neq; me torqueant superba regiarum lacunaria ex pini cupressiq; tabulis redolentibus concinnata. qui cedrinum omnibus lignis cum bona uenia anteposui.

Lignis cadauera nobiliora & ꝑsertim ebur demonstratur. Cap. XII.

CAdauera quoq; & perfectiora lignis esse & nobiliora probabiliter ponemus, si ea formata considerabimus ab anima sentiendi, eidemq; aliquando subiectã fuisse. ligna siquidem etiam tanq̃ cadauera arborum aut cadauerũ pares esse credatis. sic.n. hæc extincta eã, q̃ in arbore erat, ui remansere uirescentia illa priuata, sicut animaliũ corpora post eorũ obitum. q̃ si ita ẽ, sicut animal perfectius est arbore (ut dicemus) ita et illius cadauer huius cadauere perfectius esse dicere fas est. Quinet ita ligna in arbore esse uidẽtur: sicut in animalibus ossa. ossa uero diuturniora esse, cõpertũ est. Addatis q̃ quædã animaliũ ossa inuẽta sunt: ut ob eorũ duriciẽ & candorem inter preciosas gemmas habita sint. quod

ebur appellant. quandoquidem elephantos dens hoc est. quod perfectissimum et nobilissimum eorum esse arbitramur, que cadauera, aut horum partes sunt. et cadauera animaliũ aptiora præparatioraq; sunt, ut ex eis non putrescentibus aial nutriatur, inq; sanguinem illa cõuertat, aut ut ex eis putidis animalia spontina eueniãt, ut uermes & formicæ. quæ lignis affectiones minus inesse traduntur.

Inanimatorum ea, quæ per se sunt, nobiliora sunt contingenter existentibus. quorum ignobiliores sunt lapides q̃ metalla, & quis optimus lapis est. C. XIII

HÆc itaq; quæ nõ explicauimus ea sunt, quæ non per suam speciẽ, sed contingenter existẽtia dicebamus. Rursus quædã alia inanima sunt, quæ per se sunt, a nulloq; moriũdo dependent, quales lapides & qualia metalla et gẽmæ. hæc igitur supioribus perfectiora & nobiliora mehercule sunt. q illa ut talia sint, nõ facta sunt a natura sed magis ut eẽnt plantæ & aialia ut decet. qua pro re postq̃ excisa sunt a corporibus, quorũ sunt, cõtinua mutatiõe ipsa quoq; tendũt ad interitũ patiũturq; demũ solutionẽ eã, quã prius uiuẽtia subiere. Lapides uero et metalla et gẽmæ, nõ pro alio a natura genita sunt sed, magis ut sint, id qd sunt, unde et solutionẽ fugerẽt nisi ingeniũ et ars terẽdo, aut casus destruẽdo cõsumerẽt. uerũ lapides ipfectiores ignobilioresq; sunt metallis. cuius perfectionis indiciũ ab igne summendũ esse duco. Quando quidẽ pauco cõburũtur tẽpore ab igne lapides, uertũturq;

incineres, ob eorũ debilẽ nexũ. quasi aggerati ex sua mate ria lapides sint, nõ uniti, & a sua natura digesti et ferrumi minati. Metalla uero & si in igneliquescũt, haud ita cine rescũt. Sed sese sua q; corpora tuẽtur, redeũtq; ad pristinã faciem, quũ ab igne abducta fuerint. ut possitis inde itelli gere, uim quãdã deo datã metallis esse, q̃ illa a corrũpẽte defendat. Rursus metallis affectionẽ quãdã inesse, quam ab erraticis stellis in ea descendisse putãt. unde & nomini bus planetarum uidentur metalla quoque & characteri bus appellata esse. Argentum enim luna dicitur ob cando rem in eo prope lunaticum. Argẽtum uiuum Mercurii ap pellatione signatur & charactere, idque ob multiplicem Mercurii motum. qui etiam in eo metallo esse apparet. Aes Venus dicitur ob uenereum colorem. rubent enim sua natura qui Veneri suppressi sunt. Aurum Solis nota tione gaudet ob eius consperfum fulgorem fuluoremue. Ferrum calibsque Mavors appellatur ob eorum duriciẽ atque inbebetascentem eius aciem. Stannum Iouis no men communicat ob quandam mediocritatem coloris, & roboris, quam stannum habet inter ferrum & plumbum. ita enim hoc inter ferrum plumbumque medium esse ap paret. Sicuti Iuppiter inter Martem & Saturnum. Plũ bum demum Saturnus appellatur ob pallorem & inso noritatem & torpescentiam inertem. unde metallorum singula a suo cuiusque planeta gigni seruarique putant. Naturæ diligentiores. quod nunq̃ in lapidibus inuen tum est. quasi etiam cœlestibus prope uiribus afflati busue ipsi priuarentur. Sed lapides inter sese com

parati. marmori uidentur assurgere. idque nobilissimum perfectissimumque recipere non diffugiunt. quando quidem durissimum & intentissimum cium esse uidetur.

Metallis nobiliores gemmæ sunt, & quod metallorum optimum, quæq; gemmarum nobilissima deligitur. C.xiiii.

METalla quoque cum gēmis comparata ignobiliora imperfectioraque esse, natura reperta sunt. Hæc enim aliquando metuunt ignē. ignis enim ad ultimum ipsa consumit. Et duricia quoque retrocedunt. Nam omnia metalla a gemmarum aliqua cauantur. Gemmæ contra cuspides aciesque calibinas respuunt. idque in cognoscendis optimis gemmis accommodatum certumque periculum est. Adamas equidem qum sub incude malleo percutitur, a deo ictum contemnens est, ut ferrum magis utrinque dissultet, q̄ ipse rimulas, quas uultis patiatur. Quandoquidem eius duricia īenarrabilis est, aduersusq; omnium corporum ictus q̄ promptissima. Similiter quoque Natura eius gemmæ est, ut ignem nihilominus uincat. Atq; nunq̄ incalescens est. quasi cœlestium corporum aut pars sit adamas, aut certe eorum naturæ participans. Vnde & ob eius inexpugnabiles uires superna secutus adamas, per græcam interpretationem nomen ab effectu eo sibi comparauit. Adamas equidem ab ᾱ dictione priuatiua, & uerbo δαμάω, quod latine domo sonat, attendere reperitur. quasi indomitus ac-

damas dictus est. Metallorum uero perfectissimum et nobilissimum omnium aurum fateri decere. Siquidem fulgore tantum alia antecedere uisum est, quantum Sol sidera præstat. aut perfectius est cæteris, q̄ a perfectiori excellentiorique Planeta concoqui creditur. aut demū eius præcellētis perfectionis fidem facit id quod egregie cum rubigine pugnat, minus ægriusue ab ea situue, quem uultis interficitur. aut q̄ auro nihil ignis consumit, uel si consumpserit paucum erit, idque longa ustione. in quo eo melius puriusque sese reddit. unde & in incendiis pyrisque integrum se seruat aurum. Quinetiam aurum solidior materia est. quam usus minus elimat deteritque. Nam euidentes lineas argentum & æs & plumbum & cætera ducunt exarantque, aurū uero aut nullas aut tenuissimas. Cuius quoque soliditatem illud ostendit q̄ in plurimas bracteas, quæ folia nostrates uocant, extenditur. Nam ex octogenorum granorum tritici pondere auri centenas & quinquagenas bracteas malleo percutiunt. singulas quidē (quanta uola est) promissas. Alia uero metalla sua ueluti fragili natura materiaque ad tantam tenuitatem prius se linqunt, q̄ extendantur. Quas quidem uires cæteris metallis negatas esse comperio. Gemmæ quoq; nobilissimæ corporum omnium inanimorum suum etiam ueluti ducem, principem nobilitatis habent. Etenim hic, quem paulo ante diximus, adamas est. is profecto non per superiores causas modo cæteris est præfectus. uerum etiam per multas alias dotes. Nanque Gemmarum plurimas ferrum non attingit scinditque, quæ solo adamante rumpuntur,

ac terebrantur. quarum nulli econtrario uincendi forandique adamātis, locus datus est. simulq; cæteræ gemmæ in terra aut in saxis aut in aquis nascuntur inuentæq; sunt. Adamas uero optimus non nisi in auro excellentissimo natalis est. tanq̃ præstantissima gēmarum pro pulpa nobilissimum metallorum sibi delegisset. Per hæc itaq; tum perfectionem tum nobilitatem omnium explicatas generatim esse uolumus, quæ inanimata uitaque carentia esse prædixeramus.

Quid herba & frutex & arbor sit, plantæ species, & q̃ arbor nobilissima est, explicatur. C.XV.

HIs ita, dcide, inquit enarratis ueniamus (si libet) ad ea, quæ anima prædita esse prædicātur. Quādoquidem aut plāte sunt, ut sensu carētia. aut aīalia, quæ ob sensum, quem habēt, sensitiua, quoq; appellantur. Atq; plantarū quædam herbæ, quædā frutices, quædā arbores sunt. Herba quidem est. quod ab radice foliatum sine caudice proueniat, semēq; caule ferrat. ut Beta, ut Malua, ut Frumenta. Frutex uero est, quod ab radice caudice multiplici ramosumq; se attolit ut Rubus, ut Mirtus, ut Paliurus. Arbor aūt esse creditur. quod ab radice caudice simplici ramosum nodosum surculosum aut facile dissolubile assurgat. ut Olea, ut Laurus, ut Vitis, ut Palma. Simulq; Caulis est. q̃d supra terrā simplex assurgit. quem in arborum genere, caudicem appellare solent,

qui plantarũ naturas calluere. Ita quidem hæc a Theo-phrasto philosopho facũdissimo in eis, quos de plantis cõ-posuit, libris definita comperio. Harũ uero omnium perfe-ctissima nobilissimaq; arbor procul dubio est. Siquidem su-pra terram maxime omnium elata est, quasi ab humo grã-descens cæteras superbire plantas uideatur. Et in arbori-bus uita longissima, in aliis uero aut annua est, ut herbis, aut ad summum qu nquaginta annorum, ut Myrto, uel Cappari, uel Granato. Et arbores longe minus aut æstu, aut frigore afficiuntur. sunt enim corticatiores et corpore pleniores. Cæteræ uero ad id ob tenuitatem exilitatemq; imbecilliores. Et uis illa uegetandi, quam plantarum animam uocitamus, in arboribus completissi-me apparet, atq; sibi ipsi satisfecisse uisa est. promisit et-enim quantascunque facultates habet & extulit exercuit-que. quod quidem & in aliis uidemus quodammodo ten-tare. Nanq; maluam aliquando ad arboris speciem exo-lere, conata est hæc uis. Et Betam quoque ad tantam alti-tudinẽ euexit aliquando, ut fere nomen herbæ amitteret. Neq; aliter in frutice facit. quandoquidem, & Grana-tum, & Myrtum, & Chamelean ad magnitudinem speciemq; bonam arboris excitauit & euexit. quasi neq; herbæ neq; fruticis genera uegetandi animam capiant, sed tantum exultantem exque undantem eam corripiant. Addatis ꝙ in arboribus magis apparet coitus q̃ in cæteris ut dicemus. quam rem solorum animalium perfectorum esse compertum est. Sic itaq; manifestum esse censeo, Plan-tarum nobilissimas, arbores esse.

Frutices nobiliores esse quam herbas. C.xvi.

SEquuntur arboris honorem frutices ipsi. hi enim pauco minus sunt arbores. Nam ita corticantur ita & pampina et fructũ ducũt, ramescunt, surculescũtq; ut arbores prope faciunt. Neq; annui sunt, sed annos multos singuli uiuunt. Quinetiam aliquando ab arbore in fruticem trãsitus est, & ab frutice rursum in arbores excrescentia. quod cultura contingere uisum est. granatus enim cultura transit in arborem, quã si non recœperit fruticosa remanet. sic & Amerina, & nux auellana. Quam ob rẽ quum imperfectiores inferioresque sint arboribus, quos diximus, frutices, præstare tamẽ nobilioresq; herbis esse cõstat. Hæ.n. inter omnes plantas magis sordescũt humilioresq; sunt. Nanq; plæreque annuæ sunt. quamquam semper uiua & Serrina, quam Aloariam appellant, diuturniores sunt. Quinẽt calore languescunt, & frigore arescunt & intereunt herbæ. Et humi semper hærescunt, unde & nomen sibi traxere. per hæc itaq; ostensum esse epinor. quod plantarum ignobiliores sunt herbæ quam frutices, et frutices imperfectiores iam explicatis arboribus.

Nobilissimam herbarum eam esse quod triticum uocant. C.xvii.

HErbarum autem perfectissimam speciem habebimus profecto, si cuiusuis herbæ substantiam uel fructum ad ea quæ sunt herbis perfectiora nobi

lioraue appropinquare conquiremus. Iamq; hoiem oium elementatorũ perfectissimum esse, nunc teneto, sequentibus uero clarissime demonstratũ intelligetis. hic.n. pane carnibus uinoq; tanq̃ ex excellentissimis cibis alitur. quorum panis plenior meliorque cibus est. Nam carnibus solis homo uescens quodam modo languidior humorosiorq; fit. Sed pãe altus robustior ac solidior redditur. unde nullum sine pane cibum conferentem esse a medicis compertum est. at id eo est. quod panis succum materiamue q̃ simillimã sanguini humano tenere creditur. Panis aũt multiplex ex contritis seminibus herbarum conficitur. Nam ex milio miliaceus ex hordeo hordeaceus, e spelta speltaceus e tritico triticeus, exq; multis aliis aliter. Horum uero præstantissimum non homo mõ suapte natura, uerumẽt bestiæ triticeum deligunt. tanq̃ ex sapidiori propriorique comedẽtibus materia concoctum. Quod si ita est. triticum est seminum perfectissimũ. Semen aũt a planta haud quopiam differt. Est.n. semen in Plantis folliculus materiã purissimam natura uiq; cõspersam ad propagandum cõtinẽs. a quo plãtula pululat germinatq;. Planta uero nihil aliud est, q̃ ea quæ in folliculo continebatur adaucta digestaq; a natura materia per succum, quem contraxit ex terra. Quam ob rem perfectissima & nobilissima herbarũ est, quod triticum ubiq; gentium dictum est.

Quod Paliurus oium fruticũ est perfectissima. C.xviii.

PEr hunc eundem locum, præstantissimum fruticum facile probabiliterq; ostendemus. Nanq; humanæ natu

ræ ita amicū uinū est. ut eam recuperatam in exanguibus attenuatisq; hominibus uino sæpissime cognoscamus. roborat quidem modeste bibitū totum corpus concoctioniq; fauens superflua extenuat, corq; lætitia afficiens sanguinem auget. fit quidem uinū, ex hordeo quodā modo aqua melito atq; decocto, fit ex myrtis, fit ex malis, ex malis granatis, fit ex paliuro, fit ex uitibus. borū optimū, quod ex uitibus uuis pmitur, uulgo comprobatur. secūdum est paliurinum. paliurus. n. frutex est, cuius nucleus non simul mãditur, iucundus per se atq; suauior uino. et uina succo suo paliuri acinorū uehementer cōmendat Cyrenaica regio, ubi plurima uenit paliurus, ut ait Plinius. xiii. naturaliū historiarū. q si ita est pponemus cæteris fruticibus paliurum. quod succū uinumq; gignit, unde homo nobilissimū potum capiat eorū, quæ frutices ferre queunt.

Arborum nobilissimam palmam esse.
Cap. XIX.

Restat ergo, ut arborē nobilissimā demonstremus. quandoquidem plures cōpetunt honorē. Cedrus sua duricia persistētiaq; contra æui iniuriā uidetur aliis pstare. cupressus sua altitudine supbiēs contendit. quasi in ea uegetandi crescēdiq; uis efflorescat, magisq; q in aliis gaudeat. atq; eam ob rē sibi coronā nobilitatis inter arbores dari cupit. Laurus culta ab diis & a mortalibus templa regesq; coronans, pacifera, quæq; in monte Parnaso spectatissima, quasi musis gaudeat. unde

Apollini grata est, diisque naturaue donata ut fulmine sola non iciatur. quæ ignem abdicat crepitu, cũ quadam de testatione. quasi sese tanquã ab hoste defendere indicaret. atq; eas ob causas principatum sibi non negari clamat uirentissima Laurus. est & olea, quæ a Minerua missa pro optimo quodã inuento generi humano. est & uitis. quæ uino contendit. quo (ut diximus) plãta est inter frutices paliurus. sunt & multæ aliæ excellentes speciosæq; arbores, quas breuitatis gratia ꝑtermittimus. uerum ante ire omnes palma uisa est. hæc.n. ꝑter id, ꝙ medica est, & longeua et uictoriæ insigne, ante alias naturam animalis perfecti imitari uisa est. quandoquidem arboribus immo potius omnibus, quæ terra gignit, herbisque etiã utrũque sexũ esse, peritiores tradidere. nullis tamen arboribus manifestius ꝙ in palma reperitur. nanq; mas in palmite floret. fœmina citra florem germinat tantum spinæ modo. quas fœminas non sine maribus gignere sponte edito nemore confirmant. circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis. illum erectis hispidum afflactu uisuque ipso & puluere etiam reliquas maritare. huius arbore excisa uiduas post sterilescere fœminas. adeo est Veneris intellectus ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine interim uero tantum puluere insperso fœminis. addatis quod speciem quandam fortitudinis humanæ quoq; habere palma uidetur. nam si super palmæ arboris lignum magna pondera imponatis. ac tam grauiter urgeatis, oneretisq; ut magnitudo oneris sustineri non queat.

non deorsum palma cædit nec introflectitur. sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur recuruaturq;. quam ob rem in certaminibus palmam signũ esse placuit uictoriæ. quoniam ingeniũ eiusmodi ligni est, ut urgentibus ꝑmenti busq; non cædat, ut autor est Plutarchus. per has itq; par tes, quibus animaliũ genus sectari atq; imitari palma uisa est, fidem indiciũq; facit se propinquiorem esse animalibus q̃ reliqua, q̃ terræ radicitus affixa uirescũt. magna itaq; cũ laude palmam aliis ꝑferamus, nobilissimãq; & perfe ctissimam omniũ appellemus teneamusq;, quæ sunt uege tandi spiritu conformata. de q; animatis minusq; sensitiuis hæc satis sunto.

Animalia longe nobiliora q̃ plan tæ sunt. Cap. XX.

Animaliũ post hæc disputationis ordo narrationẽ desiderat. quandoquidem hæc cũ plantis sunt no bis cõferenda, simulq; inter sese ipsa comparan da sunt animalia, ut eorũ nobilitatem & inue niamus & cognoscamus. sunt igitur animalia q̃ euidentis sime perfectiora q̃ plantæ similiter & nobiliora. uiden tur equidem plantæ quodam modo ea conditione a natu ra genitæ, ut animalibus usq; quaq; seruiãt, seseq; ad oẽm eorũ usum exponant. animalia rursus plantis non seruire, sed potius eis uti. auiciũ. n. prope totũ genus flores & se mina pascitur, & pecora campos usq; ad radices pabulã tur atq; rimantur. et homo ꝑter cibum, quem plurimũ ex

plantarũ

plantarũ fructibus seminibusq; concumulat paritq;, arbores etiã magnas ad ædificanda sibi tegmina trũcat. contra uero nullũ animaliũ plantæ, cui uultis natũ est, seruire. nisi pro sua animalis ampliori utilitate. qualis est in agricultura erga fruges arboresq; solius hominis seruitus. ad hæc plantæ omnes uegetandi tantũ anima ui q; consistũt. animalia uero pter hanc ipsam sentiendi facultatem habent. quem sensum appellant. hic quidem sensus aut alius est, ab ea ui, quã uegetatiuam uocãt. aut idẽ prorsus. quod uerius esse opinamur. atq; si alius fuerit ab omnibus concessus, talis demũ repertus est, ut uegetatiua ei potius seruiat subiectaq; sit, q̃ econuerso. quãdo certe omne animal priusq̃ sensu uti exordiatur, ipsum uegetatiua extendit dilatatq; aut in ouis, aut in uteris fuerit. neq; unquam econtrario pmouentem sensum uegetandi uirtus exquirit. & uegetatiuam imperfectiorem quoq; esse sensitiuo compertum est. plures. n. ab hac q̃ ab illa actiones emanãt. sentientia nanq; gaudent, tristantur, timent, audent, irascuntur, mansuescunt, appetunt, & blandiuntur, dormiunt præterea, uigilant, currunt, gradiũtur, & siqua sint eiusmodi generis. quæ uegetatiuæ uniuersa negata esse manifestũ est. tanq̃ imperfectior sit et manca. sin autem eũdem esse cum uegetatiua sensum dixerimus unitate potius q̃ multitudine uiriũ gaudentes, animalia plantis perfectiora similiter pdicabuntur. nam sensus hic plantis adeo immersus crassitudineque earũ corruptus hebetascens, ut nullas aut obscurissimas antedictas actiones demonstret, gaudent equidem frondescentia tempe

riæ cœli. & gliscere flores uidentur sub radiante Sole. rursus turbine mœrent plangunt'q;, & nectem florida fugiunt. quid quod pingui ubereq; solo melius uirescũt, & amplius pulcriusq; fructus reddũt, in macro uero macie quadam sterilescere plantæ uidentur, quasi contristentur. hæc & si simillima eis, quæ ab animalibus fiũt, sunt tamen humillima obscurissima, atq; ægerrime sensum mouentia. quam incõmoditatem bruta bardaq; materies plãtarũ peperisse uisa est. idem ubi tenuiori corpori formando contingit sensus, uegetius clariusq; sese ostentans, clariora illa & longe plura detexit. quasi tanto onere & cemento leuatus artificiosiora atq; ingeniosiora consumat. quod in hominibus quoq; accidisse indubitatũ est. quid nã est per deos? q̃ quosdam ingeniosos conspicimus, quorum mille sunt industriæ, mille artes, mille rursus & animi & corporis exercitamenta, amores etiam mille, & mille iudicia. contra uero quosdam uietos ueternosos torpore uncatos, quibus tanta hebetudo innata aliquando est, ut post cœnam an comederint, minus profecto discriminentur. atque utriq; homines uulgo appellantur. an in his uis illa ratiocinandi ob malam eorũ dissonãq; composituram impedita concarcerataq; iacet. unde neutiq; quantum ualeat ostendere licet. in illis uero, qui puriori sunt corpore & præstantiori textura suas omnes uires publicauit expandit: detexit atq; explicauit. sic inq; & in plantis animalibusq; euenisse remur. in quis ea uarietas. nomina eiusdem sensus diuersa confingere coegit, atq; multos credere fuit, q̃ eorum nominum distantia rerum etiam

discrepantiam arguat. ex quibus manifestum esse luceq; clarius arbitror. q animalia & perfectiora & nobiliora, q̃ herbæ, q̃ frutices, q̃ arbores sunt.

Animaliũ perfecta nobiliora esse spontinis & adulterinis animalibus imperfectis. Cap. XXI.



Nimalia rursus quædam quidem perfecta, quædam uero imperfecta esse. perfecta ea sunt, quæ propagine speciem propriam seruant. nihilq; miscellanei admittentia ut equs ut canis ut homo. imperfectorum uero duo etiam genera esse, alterũ quod coitione maris cũ fœmina nascitur. alterum quod per putrefactionem in lucem uenit. atq; hoc spontinũ, illud uero adulterinum dicamus, utraq; sese minus generantia. adulterinum quidem est, quod ex commixtione duorum animalium generũ oritur, sese non propagans, sed ab eis unde ingenitũ est seruatur. ut mulus ut licisous ut leopardus. spontinum est, quod ex concalfacto corruptoq; corpore desilit per naturam suam impropagabile. haud aliter renascens, q̃ ex simili putredine contingente ut uermis ut culices ut ranæ. uerũ tam spontinũ, q̃ adulterinũ ignobiliora esse perfectis animalibus, eo iã dicto manifestum est. hoc est, q perfecta generant sese, et ex nullius miscella putiue pendent. illa non generant, & ex perfectis attendũt, aut ex putescentibus. tanq̃ hercle sint extra ordinaria naturæ.

Spontinum animal ignobilius est adulterino, & spontinorum in unoquoque, similiter & inter adulterina, quod excellētius, ostendi. Cap. XXII.

SEd spontinum imperfectius esse uidetur, quam adulterinum sit. quandoquidem spontinū longe abest a cōstitutionibus legibusque, quas natura animalibus perfectis tulit., quando non coeunt hæc, neq; sexum fere recipiunt, nec pullos alunt. unde & amore illo maximo priuari necesse est, qui æternitatis affectatio est in animali, ut ait Plato. sola uero una cura eis remanet, uentrem fomento complere. sunt autem spontinorū aquatilia alia, & uolatilia alia & alia terrestria. aquatica ut conchilia, ut spondilia, ut echini, ut ranæ. quæ imperfectiora esse, quam uolatilia constat. uel quia uolatilia similiora uicinioraque sunt perfectis auibus, quod auium genus præstantius perfectiusque, quam aquatica perfecta esse ostendemus. uel quod uolatilibus maior est industria & memoria & diuinitas, qualis in apibus esse uidetur. aquatiliū uero imperfectorum nobilissimas ranas esse credimus, ob membrorum corporisque fabricaturam, quæ uicinior est corpori humano perfectissimo & omniū nobilissimo. & ranæ præter aquas, aere haud aliter fruūtur. uolatilia rursus imperfecta sunt ut muscæ, ut culices, ut uespæ, ut cabrones, ut apes. quæ ignobiliora sunt, quam terrestria, ob id, quod exanguia sunt. illa quidem, & si uon omnia, sanguinem habent. sanguis.n. materia est, ex qua corpus

animatum constat. & optimũ sanguinem optimi corporis esse, certum est. & sanguis est uera sedes caloris animalis & animæ. quem animam frequentes inuenti sunt, qui nominent atq; credant, pugnat pro nobilitate uolatilium, apum industria, qua prælata sunt aquatilibus. quã quidem terrestribus haud comperio esse negatam. ubi si interrogetis, quod erit terrestre spontinũ, quod par sit apibus uel industria uel memoria uel prudentia uel more prope ciuili. afferam profecto formicas, quibus haud inferior dignitas est, quam quæ apibus a natura donata remanet ut terrestria explicemus. sunt.n. hæc ut uermes, ut tineæ, ut formicæ, ut mures. quorum perfectissimos esse mures opinamur, & ob sanguinem, quem continent, & ob similitudinem, quam perfectis animalibus habent. neq; acrimonia ingenii eis defraudata est, prudenter etiam, ut formicæ, nuces reponũt, multaq; alia scitula exercere comperiũtur. In quis ne quis uestrum orationi nostræ molestus aliquando sit. quod & apes & formicas inter imperfecta minusq; propagantia collocauimus. quasi imperitiam sapiat. nam plurima insectiliũ uermiculos gignere & formicas ouis similes, compertũ est, ex quis renascuntur secũdum suũ genus animalia. nos uero propriam propagationem eam non probamus. sed magis ex putridis illis illas enasci. quando nullis sexus certus est, sed potius negatus omnibus, qui potissimus est in progignentibus animalibus. addatis q tam formicæ, quã apes sponte fiunt. ille quidem in conclusis in pixide aut arcula carnibus etiam elixatis, uel zaccaris sine præ

cacante formica uermiculos. formiculæ subsiliũt. & apes ex tauro fatigato uiuoq; sub terris infosso per nates euenire, a georgicis uiris edoctũ est. Adulterina uero aquatilia aut uolatilia non dũ esse comperta sunt. tanq̃ in pisci bus auibusq; nõ insit tãta salacitas, ut etiam se cũ alienige nis commiscere exoptent. quanquã squatinam solã, & raiam, hoc facere creditur, argumento piscis cuiusdam qui nomen ex utroq; compositũ trahit, rhinobati quasi squatraiam appelles. est. n. parte priore raiæ similis poste riore squatinæ, tanquam ex eo utroq; proueniens genere. tamen neq; hæc neq; cæterarũ genera diuersa coire, uisum ab aliquo est. uerũ hæc sola terrestria esse, ut liciscus ex cane & lupo, & mulus ex asino equaq;, & leo pardus ex leena pardoq; natus. quorũ nobilissimũ leopar dum facimus ob nobilitatem leonis, cui simillimus est. leo nem. n. inter perfectissima esse subsequentibus audietis. atq; hæc de imperfectis animalibus sufficiant.

Aquatilia, quorũ nobilissimus est delphinus inter perfecta animalia ignobiliora sunt uolantibus. Cap. XXIII.

Animaliũ uero perfectorum alia similiter aquatilia, uolatilia alia, & alia terrestria. Aquatilia quidem igitur longe imperfectiora sunt duo bus sequentibus animaliũ generibus. sunt. n. ex anguia. quam ob rem calorem illũ natura insitũ, qui uitæ fons est, tenuissimũ atq; dilutũ habent. unde & respi

ratione non indignēt. & ob eam rem sunt absq;,pulmo-ne & canali illo, quam τραχεῖαν ἀρτηρίαν Græci uocant. fit autem in animalibus aliis respiratio, ut in frigidetur purgeturq; cor. ubi calor ingens est,& ob calorem fuliginosi uapores. præter hæc aquatiliū quoq; im-perfectionem demonstrant membrorū discordantia & corporis compositura, quæ alia est in his,in illis alia. nam uolatilia & pleraq; terrestria similiora sunt humano corpori, q̄ sint corpora nantiū. homo nanq; ut ostendemus omnium animaliū animal perfectissimum est. imperfectius nanq; per perfectiora cognosci oportere quasi per luminosa, tenebras explorandas esse. Quinetiam nantiū maxima pars similitudinem uiciniorem gerit plantarum radicibus ac fructibus quam ueris animalibus. nempe simillima loligo est fungis albis, quas nostrates uesficu-las uocitant. & polypū ualerianæ radicibus per parem esse crederetis aut byusquiamo. & Echinus simillimus folliculo, in quo castaneæ uirides continentur, quem etiam cardonem uocate appellant. hunc quoq; Echinū dicimus,græcos sequētes. ἐχῖνος.n.apud eos hūc piscem significat & per similitudinem castaneæ folliculū spino-sum. Quinetiā cocleæ amigdalis cognatæ apparēt. et murena dragonteæ ultimo folio. & physiter colūnæ modū fe-rens. et arbor piscis inuētus est,a similitudie ramorū ita dictus. apparuerūt et rotæ,appellatæ a similitudine quaternis distictæ radiis modiolos earū oculis duobus utriq; clau dētibus. et pisces pectines,et serræ,et cucumeres a similitudie dicti reperiūtur,atq; demū plures cucurbitæ,plures

radiculæ constat, uicinitatem & faciei confinium gerere quos breuitatis studio prætermittamus. unde claret nobiliora uolatilia quam aquatilia animalia esse. uerum tamen nobilissimus piscium ob magnitudinem Balena uulgo creditur. quippe quæ in indico mari quaternum iugerum longa inuenta sit, modum corporis molemq; omniū animalium excedens. Verum palma Delphino auferri nequit. habet enim is præter id, quod uelocissimus omnium animalium est, linguam suillæ similem, quod est contra ingenium aquatilium, & uoces effert, gemitu humano simillimas. Neque intellectus expers esse uidetur. quando quidem Simonis nomine se uocatum agnoscit. Et amore hominem prosequi, & musica arte præcipue Hydrauli sono mulceri Delphinus inuentus. et hominem non pauescit, ut alienū, obuiam nauigiis uenit & alludit exultans. Quinet diuo Augusto principe Lucrinum lacum inuectus pauperis cuiusdam puerum, ex Baiano Puteolos in ludū literarum itantem. qum meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine sæpius fragmentis panis, quem ob id afferebat, allexisset, miro amore dilexit. adeo ut quocunq; diei tempore inclamatus esset a puero, quamuis occultus atq; abditus, ex imis aduolabat. pastusq; e manibus præbebat ascensuro dorsum pennæ aculeos uelut uagina condensi receptūque puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Simili modo reuehens pluribus annis, donec morbo extincto puero subinde ad consuetum locū uentitans tristis & mœrenti similis ipse quoq; quod nemo dubitaret desiderio expirauit. Alius inter hos annos in Aphrico littore Hippo

nis Diariti simili modo ex hominum manibus uescens fe- rensq; se tractandũ & alludens nantibus impositosq; por tans comparuit. ante hæc similia de puero in Ialyso Cy- pri urbe memorantur, cuius amore spectatus longo tem pore. dum abeuntem in littus auide sequitur, in arenam in uectus, expirauit. eadem Amphilochii & Tarentini de pueris delphinisq; narrant. quæ faciunt, ut credatur Orionẽ quoq; Citharedicæ artis interficere nautis in ma ri parantibus. ad intercipiendos eius quæstus, eblanditum ut prius caneret Cithara, congregatis cantu delphinis, qum se iecisset in mare exceptum ab uno, Tænarum in lit- tus peruectum esse. Huius miraculi Herodotus magnæ autoritatis uir & Græcarum historiarum conscriptor, au tor est. sũpiorũ uero Mœcenas, Flauiãus et Flauius Alfius autores sunt, ut rettulit litterisq; mandauit C. Plinius secũ dus. Hæc siquidem Delphinum coronãt anteq; alios pi- sces fulgentissime nobilitant, quasi tantum mentis impar titus fuerit Delphinus ut feritate deposita irrationalium, amore seruiat cicureturq; & humana cognoscat gustet atque gaudeat.

Terrestria nobiliora sunt q̃ uolatilia. C.xxiiii.

Post hæc ex animalibus, quæ in aqua magno elemen to permeant, ad uolatilia transeamus. huius quidem generis differentias multas referre negligimus, sicut in aliis quoq; fecimus, gaudentes magis per capita cõ tinentioraq;, q̃ per partes atq; membra disputationem fa-

cere. Ea igitur ipsa terrestribus imperfectiora esse, ex his scire potestis amici iucundissimi. quod uolatilibus omnibus nõ ita notus sexus est, adeo ut in quibusdam hæreant considerat ores. qua pro re tantum abesse ea ab animaliũ omnium perfectissimo homine. terrestribus uero non ita, sed quàm plurimis distinctos esse utrosq; sexus & notos. atq; absq; eo, quod coeant, arma ueneris ostenduntur. Et aues ouiperas uel maximas esse. ouum aũt non dũ animal esse, sed incoctum eiectũ quoddam testaq; contentũ. quasi natura auiũ insitusue calor animare perficereq; illud impotens ad exteriora depressit. testamq; excogitans, qua foris intacta sic q; digesta materies illa custodiretur, quoad plumis concalfaciente alite intus uiuificaretur. terrestria uero fœtificare. idq; quod pariũt uiuum esse, non modo post sed longe ante partum. quasi parens in utero fœtui animæ impartitionem faceret. Nec subito eiicit sed charitate quadam naturali secum uehẽs, quo ad eum intus subtiliori cibo ale re potest. Quinet post partum lacte prosequitur exosculans ualentissimeq; ab oppugnantibus eum defendens. ut cognoscere ualeatis ualentiorem in terrestribus animam uimue generandi inesse, quàm in uolatilibus animantibus. et corporis compositura retrocedũt quoq; aues. Nanq; pro dentibus rostrum eis promittitur, & carent labris, alas eis uersa brachia esse, & similiter crura. & pro pilis pennas gerunt ex locio confictas, quod natura cõuertens non per uritidas uenas, sed per cutem corporis submisit cũ tot uariis coloribus. terrestria uero accommodatiora aptioraq; esse, & nanq; pulcrius uerius q; hominis formam imit

tantur, & quoad membra & quoad pilos & colores cæterasq; corporis actiones. Quinet inter terrestria homo adscriptus est, quo non uolatilia solum animalia inferiora esse, uerum etiam omne uiuens. Et terrestria magis audēt, a criusq; pugnam ineunt etiam cum armatis hominibus, & certius euidentiusq; gaudent & blandiuntur. quæ in auibus latere uidentur. Et illa disciplinabiliora q̃ alites. adeo ut iussa intelligant & expediant. & amiciciora cicuraq; esse. Et sponte sæpe ad rogandum hominem accesserūt belluæ, eius opē & signa implorātes. sicuti de Pāthera et Leōe apud bonos autores legitur. unde pfectiora & nobiliora terrestria eē uolatilibus pbauisse opinamur.

Volatilium nobilissimam aquilam esse. C.XXV.

IN alitum quoq; genere principē esse, et nobilitate præcedentē oportere. hunc gallū esse nonnulli opinantur. quasi qd nouit astra. unde & ternas discernit horas, & cum Sole it cubitū, & diē uenietē pnunciat cātu, & imperat suo generi. & q regnū in quacūq; sit domo exercet. Dimicās uictor cantu exultās supbit. Et qd terrori sit leonibus generosissimis ferarū. ingētes quidē laudes. Accedit Pauo formosus ob uersicolores pēnas, psertim in rotā expāsas. Neq; intellectus exps. laudatus nāq; orbē erectis caudæ pēnis gloriabūdus effingit, idq; aduerso maxīe Sole ut fulgentius radient. mansuetus præterea, & gradiens maiestatem grauitatemque ostentat. Verum Aquilam, (ut phœnicem fabulosam omittam) excellere cæteras aues nobisque (si quiuerim) persuadebo. Ea

enim maximarũ uiriũ est, & uolatu, & acumine oculorũ præcellens. quam cæteræ alites timent fugiũtq; adeo ut illæ pascentes audito eius sibilo e pastu se temperant, qua si dominam aduentantem uenerentur. Præter hæc uera inest aquilæ liberalitas, qua reginam auiũ eẽ cognouere. Hæc enim magis regia uirtus est, & quæ in pusillis immo rari non potest. Quandoquidem ex tantula præda, quam fecit, sortem aliis aut auibus aut bestiis relinquit depasta. Aquila rursus grandiori quodam animo etiam est, adeo ut in aliena animalia impetũ faciat audacter. Quinet in pugna prudens & arte quadam prædita. siquidem cũ cer uis prælia init. in quis, multũ puluerem uolatu collectũ insidens cornibus, excutit in oculos. atq; pennis ora uerbe rans donec in rupes eos præcipitet. Acrior etiam cũ Dra cone ei pugna est, multoq; magis anceps etiam si in aere. Oua hic consectatur Aquilæ auiditate malefica. At illa hoc rapit ubicunq; uisum. Ille multiplici nexu alas ligat ita se implicans ut simul decidat. Et Aquilam solam nũꝙ̃ fulmine ictam esse. unde Iouis armigeram cõsuetudo iudi cauit. Grata quoq; inuenta est Aquila. quæ uirtus nisi ex singularitate animi uenit. Neq; in aliis alitibus unꝙ̃ inuen ta. Nam apud Phestion urbem aquilæ gratitudo percele bris est, educatam enim a uirgine, aues primo, mox deinde uenatus aggerentem, gratiam rettulisse, defuncta postre mo, in rogũ accensum eius sese iniecisse et simul conflagras se. Cum itaq; tanta huius alitis & animi & corporis pꝛ stantia sit eam ante omnes & perfectissimã & nobilissi mam esse prædicare decet.

Homo Brutis perfectior. C.XXVI.

SEquens est, de tertio animaliū genere & eo quidem nobilissimo dicere. quod ab eo quod in terra degit terrestre dictum est. Cuius equidem duæ sunt partes rationalis altera, altera ratione carens. illud homo. hoc brutum appellatum. Brutū uero ignobilius homine esse. Primum quidem ꝙ homo bruta ad seruitia uictumq; trahit ac mactat, ad seruitia quidem uel iugo submittens, uel sellæ aptans freno lorisq; regens ad nutum ea ipsa uergit. adq; uictum uel uenando uel aucupādo animalia uexat. contra uero brutis hominem non subiectum esse. deinde ꝙ homo capite corporeq; cætero erecto a natura genitus est. quasi solus astra & deos & uisurus & contemplaturus. atq; id quantum ad corpus. Bruta uero omnia non terrestria solum, uerum etiam uolatilia & aquatilia prona natura gessit. quasi eo spectaculo priuata forent. Postremo et in homine quantum ad animam uis una apparet, quam mentem appellant & rationem & intellectum, eūque caput animæ esse, quo omnia sapit homo tum componendo, tum diuidendo. unde mille artes inuentæ, & scientiæ multæ homini contigerunt. Præter hæc uox articulata ex eodem data est, qua cum aliis loquitur, & sensa sua communicatur. Risus etiam & tot spaciandi uoluptandique genera tributa, quæ omnia negata esse brutis compertum est. Quam ob rem homo non modo brutis perfectior est, sed etiam cum diis de nobilitate prope contendit.

Brutorum nobilissimum elephantum. C.XXVII.

BRuta quoq; multa excellentia esse. adeo ut ambiguũ prope sit, cui nobilitas attribuenda est. primũ nanq; canis suis gratiis magnifice contendit præsertim præcipua erga dominũ fidelitate. solus enim fere canis præcæteris bestiis dominum nouit, eũq; ab aliis miro modo distinguit gaudetq; mirifice eius præsentia melius si manu, aliis brutis molesta, attingatur. comitaturq; semper prior explorando, qđ latitans ei offertur latratu indicat. pugnam init cũ hostibus pro eodẽ etiam moriturus. unde ꝓ plurimos auxilio canũ & a latronibus hostibusq; incolumes iuisse. custodit præterea, quæ domini esse cognouit, tanquam is, cui ea commissa fuissent. Et occiso a latronibus hero a corpore eius non recessisse inuentus est, uolucres ferasq; abigens. Et ex causa Neronis Germanici filii, quum in Titum Sabinũ, & Seruos eius animaduerteretur, unius ex iis canem nec a carcere abigi potuisse, nec a corpore recessisse. quo in Tiberim abiecto innatauisse effusa multitudine ad spectandam animalis fidem, actis Po. R. testatũ est. Quinet mira canibus memoria est, qua nulla prope excœpta humana maior. unde & uocem domesticam agnoscunt, & uocati uertuntur, accedũtq; & itinera etiam longa minus obliuiscũtur. Et sagacitate præstant. & interritus animus eorũ dũ in grãdiores acrioresq; belluas inuehuntur. præsertim si uoce & præsentia uiri hortentur hæc & multa alia grandia miraq; de Cane feruntur, quæ maiestatem eorum comprobant. Neque

uinci a canibus patitur equs. primum ob eius corporis pulcritudinem magnitudinemq; cũ quis tantũ inesse robur ut cæteras bestias excellere non modo canem uideatur. Quandoquidem Sarmatæ longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos, exiguum tantum potum impartientes, atq; ita per centena mi'ia & quinquagena continuo cursu euntibus insident. Est & in equis grandis animus atque superbus quasi sint magnanimitate decorati. Nam Bucephalas Alexandri neminem alium q̃ Alexandrum regio instratus ornatu recœpit in sedem. Et Cæsaris dictatoris haud quenq̃ aliũ recœpisse dorso equs traditur isq;, qui hominis similes pedes priores habuisse ac effigie locatus ante. Quinet docilitas tanta inest eis ut uniuersus Symbaritani exercitus equitatus ad Symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur. Et nostra quoque tempestate teucri ad tympana equos edocere feruntur. adeo ut etiam in præliis amissis dominis crepitu eo uocati celerrime cũ iniuria occurentiũ reuertantur ad suos. Est quoque eis amor ingens erga dominos. Nanq; amissos lugent, atq; lachrymas interdum desiderio fundunt. Et interfecto Nicomede rege equs eius inedia uitam finiuit. Philarcus quoq; magna fide autor refert. Centaretrium e Galatis in prælio occiso Antiocho potitum equo eius conscendisse ouantem, at illum indignatione accensum domitis frenis, ne regi posset, præcipitem in abrupta iisse, examinatosq; una utros esse. Quinet Scytharum rege quodam occiso ex prouocatione dimicante, hostem cum uictor ad spoliandum uenisset, ab equo eius ictis

bus morsuq; confectũ. pudor cũ intellectu quidam quoq; inesse uidetur eis. nam equum quendam detracto oculorum operimẽto, & cognito cũ matre coitu prupta petiisse atq; exanimatũ esse. equam quoq; eadem ex causa in reatino agro lacerasse pariter aurigam compertũ est. pugnã quoq; equi psagiunt. ingenia eorũ etiam inenarrabilia, iaculantes obsequio experiũtur difficiles conatus corpore ipso nixuq; inuitantiũ. & inter nostrates milites exploratũ esse, equos plerosq; in eo spectaculo, quẽ conflictũ appellant, eo pedes omnes humi quadratos affigere, ut immobiles ad omnes ictus sese parare uideantur. et in pliis tela humi collecta equiti porrexisse pdicãt. hæc ipsa multaq; alia magnifice equm edũt, ut magnã habeat inter cætera bruta perfectionẽ atq; gratiam. Leones quoq; equis pstare uidentur. nam inter cæteras uirtutes temperãtiam habẽt, raro bibentes & alternis diebus capientes pastũ, & a saturitate etiam triduo cibis sese temperant. quod modestũ & temperatũ hominem decet. quinet Leoni solũ prope ex feris clemẽtia in supplices & misericordia tributa est. prostratis nanq; parcit. sicuti in Lybia fertur. captiua siquidem Getuliæ qum per siluas seruitutem carceremue fugeret, conareturq; patriã redire, obuia leoni facta est. in quã leonem impetũ facientem ipsa alloquio mitigauit, ausa se dicere fœminam profugam infirmam supplicem animalis omniũ generosissimi cæterisq; imperantis indignãq;, eius gloria pdam esse. his itaq; ferocia pacata compositaq; uelut dimissa incolumis discessit. magnanimitas quoq; inesse manifesto apparet. nam priusq; cũ uenatoribus ad pugnam

descendat,

descendat, serpens illorum tela, se terrore solo tuetur, ac ueluti cogi ad pugnam testaretur. cogiturq; non tanq; periculo coactus, sed tanq; amentia iratus. atq; ubi sæuit, in uiros priusq; in fœminas fremit, in infantes nō nisi magna fame. & qualibet magna canū & uenantiū urgente ui cōtemptim restitansq; cædit in campis, & ubi uideri potest. idem ubi uirgulta siluasq; penetrauerit acerrimo cursu fertur. uelut deputans absconsione turpitudinem. uulneratus etiam obseruatione percussorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit. eū uero, qui tela quidem miserit, sed tamen non uulnerauerat correptum raptatūq; sternit nec uulnerat. Quinet dolis caret Leo et suspectione, nec limis intuetur oculis, aspiciq; simili modo amat. amiciciā simul hominis iniuit, ad quem supplex uenire ausus est aliquādo Leo. mētor. n. Syracusanus in Syria Leone obuio suppliciter uolutante attonitus pauore, qumq; refugienti undiq; fera opponeret sese, & uestigia lamberet adulanti similis, animaduertit in pede eius tumorem uulnusq;, & extracto surculo liberauit cruciatu. quod pictura, Syracusis testatur. & Helpis Samius natione in Aphricam delatus naue iuxta littus conspecto Leone hiatu minaci arborem fuga petiit libero patre inuocato. quoniā tum pcipuus uotorū locus erat, qum spei nullus. sed neq; profugienti qum potuisset fera institerat & procūbens ad arborem hiatu, quo terruerat miserationem quærebat. nam os morsu auidiore adhæserat dentibus, cruciabatq; inedia tū pœna, in ipsis eius telis suspectantem ac uelut multis pcibus orantem. dum fortuitu fidens non est contra feram, multoq;

diutius miraculo q̃ metu cessatũ. digressus tandem euel-lit præbenti se & q̃ maxime opus est accõmodanti. quam ob rem q̃diu nauis ea in littore stetit retulisse gratiam ferunt, uenatus aggerendo. unde & libero patri templum in Samo Helpis sacrauit. quod saluatoris templũ Dionisii appellatũ est. Quinet miram Androdi & Leonis amici-ciã rettulit Appion Polybistor. qui Androdus in Apbri-cæ desertis curato pede Leonis ob quam curam ad eũ Leo accesserat. triennio cum Leone in eadem specu uixit feri-nis, quas Leo afferebat. aqua qum Androdus, quem per-tesum erat eius uitæ, recessisset, ductusq; est ad dominum a quo fugerat: eum dominus bestiis in spectaculo deuo-randum tradidit. fortecq; quadam & captus ille Leo post discessum Androdi est. ductusq; Romam in spectaculo ex positum Androdũ recognouit gratulabundus non aliter q̃ amicus ob amicũ, quẽ diu desiderauit, aspectũ, gaudet ge stitq;. quod Cæsarem ut rem cognosceret concitauit eoq; Androdũ pœna solutum, & Leonem ei suffragiis populi donatum. quos postea ipse Appion nõ in spectaculo modo uidit, urbe tota circũ tabernas ire, donariq; ære Androdũ, floribus spargi Leonem. omnesq; fere ubiq; obuios dicere, hic est Leo hospes hominis, hic homo medicus Leonis. li-beralitatem quoq; inesse Leoni, qui dubitat? qum iam com pertum sit, eum ex omni uenatione prædulaq; sortem sem per pro pabulandis sequentibus animalibus relinquere. ob quam rem regem animaliũ terrestrium appellatum babi-tumq; esse apud non nullos. hæ itaq; sunt Leonis uirtu-tes quibus ad naturam hominis accedere. & ante ire

cæteris bestiis magnifice euidentissimeq; uidetur. Accedit & Simia, quæ præcellere Leonem testatur. simillis ma.n.hominis corpori est. quando oculi, genæ, frons, buccæ, dentes pectus cum mammis, quas in eo loco aliæ bestiæ non habent, Brachia inuersa, manus cũ digitis quorũ medius longissimus est, & ungues imbricati. Quinet interiora quoq; haud secus eis insunt, q̃ homini. accedit ingeniũ uersatile & intellectus, quibus iussa capescũt, pulcherrimeq; expediũt. & uenatores imitãdo se nõ modo calceare uisæ sunt, uerũ etiam multas humanas actiones exercere, ut comedere, ciboscq; manu ori porrigere, eosq; mũdare a corticibus sordibusue non aliter q̃ homo facit. et latrũeulis eas lusisse fictis cæra, autor est Mutianus. gestant etiã catulos, quos mãsuefactæ intra domos peperere, cibus demonstrãt, tractariq; gaudent, tractatu gratulatione intelligentes, quod alienũ est ab aliis brutis, quæ & alia ostendẽtes facile uidentibus ostendunt post hominem, se perfectiores reliquis esse., & naturæ humanæ uiciniores. nisi unus elephantus intercederet, de quo iam sermonem exordiemur. Præfertur nobilitas perfectioque Elephantorum & Simiis & Leonibus & cæteris brutis. non equidem modulatione texturaue corporis, sed animi sensuumque præstantia, ut pote qui honorabilior est quã corpus. nam corpus seruus est, & ita aptatur, ut nacessitans anima exquirit. animus enim dominatur, & corpus distinguit, ut statuarius marmor, & ut sculptor ligna elimat. Elephantibus etenim insita suapte natura uis est, ut fere inter rationalia animalia

conscribendos esse dixerim. nam humanis sensibus proximi sunt. quandoquidem intellectus inest illis sermonis patrii & religio. adeo ut sidera Solemq; ac Lunam egregie uenerentur. nam autores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est anulo, nitescente Luna noua greges eorũ descendere, ibiq; se purificantes sollenniter aqua circũspergi, atq; ita salutato sidere in siluas reuerti. alienæ quoq; regionis intellectu credũtur, maria transituri, non ante naues cõscendere, q̃ inuitati sint rectoris iureiurando de reditu. mira quoq; eorũ intelligentia est, p̃sertim qum humanũ uestigium animaduertunt, priusq̃ hominem. tũ intermiscere insidiarum metum & subsistere ab olfatu, circũq; spectare, ac iras proflare incipiunt. nec id quidem calcare, sed certũ proximo tradere. illum sequenti se nũcio, similiterq; ad extremũ. nunc agmen circũagi, & reuerti aciemq; dirigi quasi pugnaturi cũ hoste homine intelligant. Quinet summa prudentia sunt elephantes. nã itinera agentes qum ex uitulis quospiam fatigatos esse sentiũt: eos præseferũt ut ipsi tardiores eant, atq; illi quasi subnixi eũdo ualentiores fiant. & id prudentiæ dandũ esse. nam semper gregatim ingrediũtur elephantes, in quo maximus natu ducit agmen, idem cogit ætate proximus. & amnem transituri minimos præmittunt, ne maiorũ ingressu atterente alueum, crescat gurgitis altitudo. & Mutiano uidente puteolis qum ad uecti, de naue egredi cogerentur territos spatio procul pontis a continente porrecti, ut sese longinquitatis extimatione fallerent, auersos retrorsus iisse. Quinet docilis

tas eis magna præcipuaq; est. adeo ut ex eis unum tardio-res ingenii in accipiendis. quæ tradebantur, sæpius casti-gatum uerberibus, eadem illa meditantem noctu reper-tum. Mutianus quoq; ter consul autor est. aliquem eorũ li-terarũ ductus græcarũ didicisse, solitũq; perscribere eius linguæ uerbis. ipse Egio hæc scripsi & spolia celtica dica ui. & Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edidisse saltantiũ modo elephantas. illa quoq; edoctos esse, quod regem adorant, quod genua sũmittũt, quod coronas porrigunt. memoria similiter pollent. nã eorum nomina nouere, qualis Susurus qui fortissime pliatus est in punica acie altero dente mutilato. & Aiax & Patroclus apud Antiochum regem. & agnitus est ab elephante in senecta multos post annos, qui rector in iuuenta fuisset ut Iuba rettulit. clementia quoq; & iustitia innatæ sunt. nã Elephas homine obuio forte in solitudine & simpliciter oberrante clemens placidusq; etiam demonstrare uiã tra-ditur. & contra minus ualidas bestias tam clementer se ge rere, ut si in grege pecudũ concurrere acciderit, manu di-moueant ea, ne quid obterant imprudentes. nec nisi laces-siti noceant. ideoq; generatim semper ambulẽt minime ex omnibus soliuagi. & in plio mira seu prudentia, seu cle-mentia, seu iustitia, equitatu. n. circũuenti infirmos aut fes-sos uulneratosue in medium agmen recipiunt, ac uelut imperio, aut ratione per uices subeunt. notatum quoq; mo numentis literarum est illud iustitiæ exemplar, quod apud Bocchum regem accidisse. qum is triginta elephantis to-tidem, in quos sæuire instituerat, stipitibus alligatos, obie-

cissent procursantibus inter eos qui lacesserent. non potuisse effici, ut crudelitatis alienæ ministerio fungeretur. simul gloriam atq; ornatum sũmopere colunt. nam Antiocho uadum fluminis experienti renuit Aiax elephantos alioquin dux agminis semper. tum pronũciatum est, eius fore principatũ, qui trãsisset, ausumq; Patroclum, ob id falleris argenteis, quo maxime gaudent, & reliquo omni primatu donauit. ille, qui notabatur inedia mortẽ ignominiæ ꝓtulit. et pudorem mirũ habent. uictus.n. uocem uictoris fugit terramq; ac uerbenas porrigit. pudore etiã affecti nunq̃ nisi in abdito coeunt. nec adulteria nouere, nullaue propter fœminas inter se ꝓlia cæteris animalibus maxime hominibus pernicialia, quasi castitatẽ in terse exercerent. neq; tela cupidinis subterfugere elephãtes. nanq; traditur unus amasse quandam in Ægypto corollas uendentem, & ne quis uulgariter electam putet, miretur gratam Aristophani celeberrimo in arte gramatica. alius Menandrum Syracusanum incipientis iuuentæ in exercitu. Ptolemæi exarsit, & desideriũ eius quoties non uideret inedia testatus. & unguentariam quãdam delectam Iuba tradit. nam omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conspectu, & blandiciæ inconditæ, stipes quas populus dedisset seruatæ & in sinum effusæ hæ itaque sunt partes, quas de elephantis prædicant & Latini & Græci autores. quibus tantam dignitatem perfectionemque & nobilitatem sibi uendicare uidentur elephantes, ut prope dubium sit humanam animam morigeratamque in eis habitare. solaque facie ab hominibus dis-

ferre. ob quas neque nos cuntanter, sed neluti re certissima comperta hilari claraque uoce arbitratum ferimus, hoc est. elephantos omnium animalium excepto homine perfectissimos atq; nobilissimos esse. illud quoq; hic adiicere placet, quod ubi sexus inuentus est, mas perfectior est fœmina. est.n. hæc frigidior breuiorisq; uitæ timorosior & per naturam maribus serua subiectaq;, quod fætura ostendit. & egritudinibus pluribus q̃ mas uexantur fœminæ. est & animi acrimonia subtilitasque, quæ maribus ob eorum perfectionem a natura plenius est largita. uerum fœminarum illa perfectissima est, quæ fœtificans suamque naturam seruans uicinior est secundum alia maribus. & masculorum is præferri credatur, qui in corporis affectionibus mediocritatem tenet & magnitudinis & paruitatis, crassitudinis & maciei, mollitudinis & duriciæ, caliditatis & frigiditatis & cæterarum. & in animæ habitibus innatisue uirtutibus medium etiam teneat. ut neque audeat nec timeat, nec effœminetur, nec intractetur, nec appetat, nec appetendo insaniat, atque in cæteris similiter. hæc itaque de brutis bestiis satis. nunc ad grandiora conscendamus.

Homines q̃ cœlestia animalia ignobiliores. Cap. XXVIII.

DE nobilitate humana post tãta restat disputare homo.n. alia antecellere animãtia superioribus cõmo

ſtratus eſt quem quoq; collatũ cũ animalibus cœleſtibus inferiorem imperfectioremq; eis facile reperimus. Nam illa pter excellentiorem corporis naturam, æternitatem ſortita ſunt. & eorũ recurſu non homo modo, uerũ cætera, quæ hic inferius ſunt, afficiũtur ſuſcitantur, cientur, augentur atq; gignũtur & aluntur. Neq; eis intellectus abeſt, ſed in eis clarior apparere uidetur. Quippe quibus tãta ineſt conſtantia & tantus ordo, tantaq; tam uariis curſibus in omni æternitate conuenientia temporũ, ut nemo mortalis intelligere poſſe uideatur, ea ſine mente, ſine ratione, ſine conſilio eſſe. Quæ qum ſideribus ineſſe uiderũt ueteres, in deorũ numero ea collocauere. Et qum animantium aliorũ ortus in terra, aliorũ in Aqua, in Aere aliorum ſit, abſurdũ eſſe Lucilio Ciceronis uidetur in ea parte, quæ ſit ad gignenda animantia aptiſſima, animal gigni nullũ, putare. Sidera aũt æthereum locũ obtinent, qui quoniam tenuiſſimus & ſemper agitatur et uiget. neceſſe eſt, quod animal in eo gignatur, idemq; ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe. quarũ qum in æthere aſtra gignantur, conſentaneũ eſt in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. Ex quo efficitur, in deorũ numero aſtra eſſe ducẽda. Etenim licet uidere acutiora ingenia & ad intelligendũ aptiora eorũ, qui terras incolũt eas, in quibus aer ſit purus ac tenuis, ꝙ illorũ qui utantur craſſo cœlo atq; concreto. Quinetiam cibo, quo utare, intereſſe aliquid ad mentis aciem putent. Probabile eſt igitur præſtantiorem intelligẽtiam in ſideribus eſſe, quæ & ætheream partem mũdi incolant, & marinis terreniſq; humoribus longo interual

lo extenuatis alantur, unde & animalia rationalia nominari cœpere, ab hominibus per immortalitatem discrimi nata. ex quis, hoc est, ex optima intelligentia imortalitate exq; eo, ꝙ nos alunt augent animantq; & cæteris gratiis astra deos esse & credere & adorare non ueriti sunt antiquiores, perq; ne in re indubitata certaq; longius commoremur, late clareq; patere arbitror perfectiora astra ignobiliores homines esse,

Nobilitatem esse bonum, & confabulatio cum Innocentio ubi de nobilitate clarius q̃ a quibusdam disputari promittitur. C.XXVIIII.

VErum homines interesse restant comparandi sicuti in aliis cœpto stilo factitatũ est. Arbitramur et quidem hominem homini nobilitate, quæ genus humanũ sequitur minus præstare antecellere, ne una enim eademq; perfectio est formæ humanæ, quæ omnibus quoq; hominibus euidentissime inesse apparet. hoc de, hominem esse. Verũ est alia perfectio, ad quam illa prior nata esse uidetur, qua hominem perfectũ esse dicimus, & ob eam quantũ bestia ab homine, tantũ homo a perfecto homine distare creditur. neq; in oibus, sed raris hominibus reperitur. apta tamen neq; negans in omnibus reperiri, & ea est nobilitas pro qua præsertim tanta reuoluta nobis sunt, quaq; unus alteri longe præfertur honoraturq;. tanq̃ ab infriore imperfectioreq; & subiecto ce

datur superiori atq; dominãti. quãq; qui habet, eũ magnifice omnis laus et gloria sequãtur necesse est. Verũ qum nobilitas (ut sæpissime dictũ est) perfectio est. perfectio uero eius, cuius est, finis est. oẽ. n. perfectũ finitũ, & finitũ perfectum. atq; imperfectũ infinitũ, & infinitũ imperfectũ, finis quoq; bonũ est id. n. quoad ad finẽ tendit, ad id uadit, quod desiderat, quodq; præsensit, id esse, quo melius erit, ꝙ est. Nam dum ante finem est, uere non est. habito fine proprie id est, quod est. has oratiũculas quasi pũcta, ne uobis sint obscuriores, exemplo in lucẽ edo. Gladius. n. imperfectus & sine fine suo in rudi ferro est. & igne mollien do, & incute malleoq; extendẽdo in mucronẽ ueniẽs acumen desiderat. Acuties. n. gladii finis est. ante aũt ꝙ hanc attingat, nunꝙ uere proprieq; gladius est, utq; uere gladius sit, acumen ei necessariũ est. acumine ẽt habito gladius melior, ꝙ ante acumen erat. Nanq; nũc uere gladius est, prius uere nõ erat. Rursus finis bonũ est. Nã nihil it quæritq; finem, quã malum sibi esse putat. natura. n. insitũ est unicuiq; mala sibi fugere, & expetere bona. illa incommodant corrupũtq; hæc conferũt atq; seruãt. Quare quoad ad finem tendit, ad bonũ tendere manifestũ est. finis ergo bonum est. unde optimus finis, summus est, qua pro re finis optimus summũ bonũ est. idq; maxima nobilitas summaq; perfectio. Animaduertis nũc Innocenti præstantissime adolescentũ ad quæ loca exploranda nos tua rogatio propulit? Nam id quidẽ nobis elimãdũ est. quod ꝙ plurimos philosophos alioqui uiros doctos mille seculis ante actis peruexauit. tum ille animaduerto respondit & ad

miror quanta cum copia & elegantia orationis de nobili tate disputationẽ aggressus es. quã ob rẽ nũc illũ in oculos meos intuitum recordor & cognosco, quasi tum tam magnã altãq; rẽ iudicio perpẽdisses. uerũ ut cœpisti, si modo tibi molestũ esse nõ duxeris reliquũ cœptæ nobilitatis expedias. uideo. n. oẽs intento ore te spectare. nanq; tuo eloquio ueluti amatorio uinctos affectosq; allexisti. ut quod audiant melius dulciusq;, non contingere credant. Bennardinus uero suo more subridens placidusq; ad Innocentiũ uersus ait. Expediã præ uiribus cœptã orationẽ Innocẽti, ut noie tuo, qui huius exercitii autor es, hi amici cõpletam de nobilitate disputationẽ a nobis audiant atq; reportent. eamq;, non uti tractata est a Paride quodam Puteano homine uerboso plusq̃ docto. Quippe qui in calce eius locutionis, ita audiẽtes hortatur. studeat igitur inquit unusquisq; comulare nũmos. Nã qui nummos habet, lucet plusq̃ Sol. Deterrimũ & insanũ aium moresq; hoĩs corruptos. Neq; ut a Bartolo oĩa cõturbante et cõfundente. Nã adeo suis accitis locis & cõtortis interpretationibus rẽ excutit, ut quam certã sententiã sequare, nusq̃ excipias. Nos uero magistrã oĩum naturã recta ratione sequentes nobilitatẽ expolitã lucidamq; ante oculos uestros ponere studemus.

Tribus bonis aiæ corporis & fortunæ ꝓpositis bona fortũnæ proprie bona non sunt. C.XXX.

DIcebam igitur finem bonũ esse, eandemq; nobilitatem ad quam finem homo tanq̃ ad bonum inten

dit, eo q; nobilis fit. Verum ut clarius res intelligatur ab homine incipiamus. Homo enim ex corpore & anima cōstat. quæ in eo in sunt, ut eius totius partes. præter hæc externa sunt, ut quæcunq; extra hominem sunt. secundum igitur hæc tria. bonum ipsum diuisum esse audio. Dicunt enim qui probabiliter loqūtur Peripatetici bona externa esse, eadem fortunæ, bona corporis, & bona animi, de quibus singulatim discutiendū est nobis. Bona igitur externa ut fauores, successus, affinitates, genus, dignitates, diuitiæ et gloria proprie bona non sunt. Boni enim id esse proprium ut melius reddat id, in quo est, q̄ prius erat. at fauores et successus & diuitiæ & cætera melius non reddūt id, cui contingūt neq; deterius relinqunt, qum absunt amouentur que. Idem namq;. M. Cato fuit, qum toties in senatu perorauit qumq; tot officia exercuit, atq; qum quater & quadragies causam dixit, qumq; per multitudinē transiuit in eum excreantem. Et Furius Camillus idem ante Romā captam toties consul & dictator, atq; qum exul, & diuitiis spoliatus. q idem remanserat, dictatura illa ostendit, in qua urbem a gallis redemit. Et Scipio Aphicanus maior idem fuit qum imperator Hispaniam recuperauit Anibalemq; in Aphrica & Carthaginem debellauit. atq; qum Roma exiuit, inq; uinea rusticatus est, fugiens malorum conciuiū inuidiam & accusationes & Marius idem qum toties consul, atq; qum in palude delituit. q̄q; idem fuisset sequens septimus consulatus ostendit, qui tot ciuium capita perdidit. et Annibal idem quidem qum tot consules cum exercitibus po. R. occidit, atq; qum uictus est a

Scipiõe, qumq; Antiocho seruiuit, ad quẽ uictus in Aphrica confugerat. Rursus hæc proprie bona minus sunt. Nam si bona essent, perficerent hominem, cuius essent bona. at homo ab hisce non perficitur. Nam homo si ab externis perficeretur, ante q̃ perficeretur imperfectior esset & ignobilior, quamobrem ignobilior homo esset marmoribus metallis gemmis & plantis & animalibus. hæc enim diuitiæ sunt. Verũ superioribus demonstratũ est, longe perfectiorem & nobiliorem hoiem esse plantis & animalibus et cæteris deinceps. quare conuersa ratione homo nõ est imperfectior diuitiis ante q̃ eas habeat, sed multo perfectior digniorq;. Ex quo manifestũ est diuitias nõ esse finẽ hois, neq; bonũ. successus uero circa diuitias maxime sunt, quare illas secũtur. Quinet fauores & dignitates & gloria & cætera eiusmodi hoiem quoq; non perficiunt. propter id quod cũ homine non sunt, sed magis in animo atq; uoluntate fauentiũ & dignitate gloriaq; afficientiũ, aliaq; aliter extrinsecus. Quandoquidem nullũ perfectũ esse potest, quin cũ ipso sit perfectio sua. Quam ob rem externa non sunt finis hois neq; bonũ. Quinetiam externa frequentius incõmodant animiq; perturbationẽ & interitũ præstant, quæ a bono aliena esse. nãq; fauores & dignitates diuitiæ et potẽtatus nũc mortem, nũc exilia, nũc suspectiones, nũc metũ, nũc bella pariunt afferuntq;, qua in re exempla referre superuacaneũ est. Et bona externa nõ nostra, sed fortunæ esse prædicantur, eiusq; nutu & sententia dari, auferriq;, quæ si nostra nõ sunt, quo nã pacto nos pficere queũt. præsertim qum pfectio ipsa caput sit, cuius

omnia, quæ ante ipsum sunt, esse dicuntur? aut quo pacto meliores erimus ob ea, quæ præcario tenemus? Externa quoq; bona nō esse, hoc mōstratur. Nā ex bono nisi bonum euenire cōpertum est, malū uero nunq̄. Nūc quidē ex externis malū accidit. Nam subiiciūtur inq; seruitutē ducuntur homines ab externis. custodiēdus est thesaurus, proq; eo pugnandū, & armenta à feris defendēda, & campi colendi sunt. & pro dignitate rogandū orandūq; sæpius cū repulsa. & pro fauore, fauentis nutui uolūtatiq; aliquādo parendū etiam in inhonestis, ubi si negaueritis, in inimicitias incidetis graues, & in potentatibus inuigilandū ne ferro aut ueneno aut ui petamini quæ omnia seruitutes esse. Bonum contra, possidentem eius liberat, neq; cuiq̄ subiectum esse patitur. Rursus quis rectæ mētis ea bona esse crediderit, quæ incerta infirma & sine stabilitate sunt, immo minimis leuibusq; auris decidētia, qualia externa sūt. unde recte sapiens ille Bias unus ex septem Græciæ, conciuibus capta patria Pirene admonentibus ut aliqua ipsius absportaret. ego uero inquit facio. Nam oīa mea mecū porto. Quasi cogitans, externa neq; sua, neq; bona esse. atq; eam ob rem ea de portari non oportere. Rursus id certe bonū, quo possidens simile uicinusq; fit meliori, q̄ ipsum est possidens. Nam ubi duo fuerint, quorum alterū altero melius est, si deterius simile fit meliori, id quo similitudo fit talis, bonū esse oportere. Atq; astra et Sol præcipue et ad ultimū deus, meliora sunt q̄ hoīes, quibus nulla ratione per externa bō similis fit. Quare externa non bona nisi quis uestrū gloriā obiiciat. Nā gloria similes deis euade

re uidemur. uerũ gloria cõsequens est ad ea, quæ ueriora bona sunt. quales sunt uirtutes quẽadmodũ dicemus. unde quod uirtutes unusquisq; cõmẽdatione & laude psequitur & ob easdẽ & deos & homines laudat admiraturq;, quæ uniuersa omniũ admiratio gloria est, factum est ut similis homo deo uideatur per gloriam. Addatis ꝙ ipsa gloria nisi in hominibus est. quam magnanimi non admittũt mouentur ue ea, pusilli effœminantur, atq; eadẽ nunc calent, nunc frigent, nunc pallent, nũc rubent. Deos uero gloria non attingit, inq; eis nulla est, qui longe sunt magnanimiores ꝗ̃ homines. unde manifestũ est, ꝙ neq; p gloriam diis similes sumus. Quod gloria in deis nõ sit, hoc liquet. Nam gloria inter bona fortunæ est, fortuna in deis nulla est, neq; fortuita, sed summa ratio & intelligentia & certitudo. gloriã ergo dii non accipiũt. Ex his probatum esse arbitror. ꝙ externa bona non sunt.

Quod Aristoteles externa bona dixerat, quo pacto bona sint declarantur. unde accusantur qui eo bono falso se nobiles insaneque existimant. C.XXXI.

VErũ hic audiendũ est Aristoteles ille summus peripateticorũ magister. Diuisis itaq; bonis inquiẽs in æthicis tripliciter. his quidẽ exterius dictis, his ãt circa aiam et corpora. circa aiam pcipue dicius et maxie bona. Et alias felicitatẽ ait eẽ actionẽ aiæ scdm uirtutẽ quæ uidetur & eorũ q̃ exterius sunt bonorũ indigẽs.

impossibile.n.uel difficile est,bona operari eum,qui impotens est tribuendi.quibus in locis bona,externa uocat Aristoteles.& ea quæ a summo bono non esse cũ uenia abducenda,quasi summũ bonũ non esse posset,sine bonis externis.ubi & iustus & liberalis & fortis sua officia pſertim exercent.atq; ob eam rem non esse ita uideatur,sicuti superius diximus.hoc est externa,bona non esse.an quidem hæc externa,bona sunt,ueluti illa tabulamenta colligationesq;,& perticamenta,quæ circa parietem construũt fabricatores,quos aditus uocant,ut parietes surgant & poliantur.nam sine his nunq̃ fit nec paries nec domus.sic et fœlix per externa suffulcitur & eis utendo effertur,scitur que q̃ bonus sit.atq; sine his esse non potest.quod profecto ita est etiam secũdum eundem autorem eodẽ in opere.quærens nãq; de bono quid utiq; sit.quid igitur inquit unicuiq; bonũ.respondit,an gratia cuius reliqua operata sunt.hoc autem in medicina quidem sanitas,in militari uero uictoria,in ædificatiua autem domus,in alio uero aliud.in omni.n.operatione & electione finis,huius.n.gratia reliquæ operantur omnes.quare siquis operatorũ omniũ est finis,hoc utiq; erit operatum bonũ.& in alio loco diuitiæ non sunt,quod quæritur bonum,utiles.n.sunt & alterius gratia.ex quibus manifestũ esse arbitror.q̃ externa bona non sunt.aut si bona quasi per umbram & improprie & seruientia et infima bona sunt,& quæ per se non expetantur,sed ipsa potius aliorũ gratia exquirũtur tractanturq̃ quæ si uera sunt,ii profecto decipiũtur quadam inani & ieiuna opinione,qui se nobiles esse tuentur

extimantq;

extimantq; a regibus clarisq; proceribus exorti ac atten-
dentes. idq; non modo per auos atauosue, uerũ etiam ad
centisimos tritauos suæ gentis initium filũq; retro spectã-
tes. an clarius uehementiusq; delirent, qui quoq; tument
inter turbas, seq; nobiles cogitantes, quod a proauis trita-
uorũ cumulus ingens auri argentiq; & uaria gemmarũ
genera domi eorũ seruata sunt. quinetiam armenta tot cã-
pos pabulantia, & iugati tot boues arua exarantes. et ui-
neæ & olineta, et querqueta et uoluptuosa uiridaria usq;
ad ipsos feliciter fœcundeq; uenerũt. Addatis ad hæc ma-
gnificas ædes lacunaribus aureis. miniisq; optimis excultas
ornatasq;, & uasa etiam, & milia seruorũ & finibus ter-
ræ deuecta cænantibus dominis per singulas mensas ser-
uientia. uerũ cogitetis uos regna & subditas urbes, cũ tot
superbissimis turribus arcibusq; et plenis nauiũ portibus.
nos uero eos reliquisse uidemur, qui ob quandã eorũ pos-
sessionem, quod feudum uocant, se nobiles esse quoq; p̃di-
cant, cuius generis hominibus nostra patria abundare uide-
tur, adeo id ipsum magna pendẽtibus, ut etiam sine pudo-
re audeant palam dicere nos nobiles sumus, atq; mille
alias ineptias proflare.

Disputatio cũ Bruto longo an diuiciæ & claritas
auorũ nobilitent. Cap. XXXII.

SEd hunc sermonẽ interrũpit Brutus Longus, qui forte
ex lauro oppido iter, quod Nolam habebat, ad nos di-
uerterat, affuitq; toti orationi diligẽter. is. n. totã diem

in exoluendis originibus atq; comparandis generibus con sumebat, seq; habere trahereq; dicebat originem a diuo Federico imperatore . idq; monumentis quibusdam literarũ ostendebat, quæ instrumenta hodie uocant. o Bẽnardine mi lepide dicens. tu mihi istis tuis rationibus omnia mea bona pœnitũs sufferre conaris. teq; summa tute iniuria uideris afficere. es. n. (ut nosti) ex tã claris auis ortus, ut cũ omnibus huius urbis nobilibus de dignitate cõtendere posses. uerũ hoc mihi nec persuadebis nec optinebis, nã que quis in nostra urbe me nobilẽ nõ appellauerit, cuius etiã patres imperatores fuere, ipseq; tria magnifica feuda, in quibus etiam uassalli sunt (sic. n. subditos appellant) cõtineo. uiuoq; solũ ex prouentu eorũ ita splendide, ut quattuor canes equos duos, accipitres duos ad uenandũ cõnutriam. quo quid potest esse splendidius aptiusq; ad nobilitandũ priuatũ hominem. adde q; Aristoteles in eo quẽ. tu adduxisti libro sine nobilitate felicẽ esse non posse, aut perdifficile esse, atq; ignobiles inquinare felicitatẽ, nobilitatẽ generis opinans et C. Cæsar ut refert Suetonius, trãquillus. quæstor Iuliam amitã uxoremq; Corneliã defunctas laudauit emore pro rostris. in amitæ quidẽ laudatione de eius ac patris sui utraq; origine sec rettulit. amitæ meæ Iuliæ maternũ genus ab regibus ortũ paternum cũ diis immortalibus cõiunctũ est. nam ab Anco Martio sunt Martii reges, quo nomine fuit mater. a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra. est ergo in genere & sanctitas regũ qui plurimũ inter homines pollent, & cerimonia deorũ, quorũ ipsi in potestate sunt reges. quinet Romulũ ad Mar

tem, & Alexandrũ Macedonem ex Ioue ortum referũt. & M. Tulliũ a Tullo Hostilio post Numã Romanorum rege genus proculdubio traxisse, scribit Plutarchus. Quinet Plato & paternũ et maternum genus a Neptũno ducere creditur, ut Laertius & Policrates scripserũt. et Aristotelẽ ad Æsculapiũ referunt. eodẽq; modo plurimos genere claros tũ ad reges, tum ad deos recedentes stirpe habere. unde Pol eos nobiles esse arbitramur, qui ex regibus clarisue principibus orti sunt, & eã claritatẽ naturãq; nobilitatem esse etiã a doctissimis appellatã. tum Bẽnardinus ad Brutũ uersus. o miser inq; miser inquit, si pter hæc aliqua alia bona non habes. siq; te tuũq; istud caput, hisce gyris filisq; & uacuis cogitationibus dedisti. age quæso responde mihi ad pauca, quæ te rogabo. Bru. interroga quod uis. Bennar. audiuisti opinionem genefeos iudeorũ, quam nos Christiani tuemur? Bru. quam nam? Bennar. eam, quæ a primo parẽte Adamo omnes homines enatos esse refert. Bru. audiui. Ben. et Adamũ ex terra confectum esse audiuisti. Bru. et hoc quoq;. Be. et terrã et opẽ deam & Isiden. deã dici apud ueteres nouisti. Bru. noui equidem. Be. eadem Isis q filia fuisset argiuorum regis Inachi a te audita est. Bru. & hoc quoq;. Ben. secũdum ergo iudeos homines oẽs ex terra esse fateris nec ne? Bru. fatẽdũ est. Ben. et secundũ Romanos eãdem deã & Isidẽ appellãtes, erũt ne ex terra an ex diis. Bru. ex terra quoque uidẽtur. Ben. animaduertisti nũc quo nã pacto decipi põt, qui recta rõne nõ librat noscitq; sus. poetæ nãq; fictione blãdiciisq; gaudẽtes, ut regẽ laudent. deq; eo superba

& grandia scribant, eũ ex Iside dea, Opeue deuenisse di¬ctitabũt. quasi deorũ genus qum in hominũ naturam cõ¬miscendo deuenit in regios ueniat. aut qum quẽpiam ex¬tollere deblandirique studeant ex Iside dea, eum ortum es¬se cantabunt, qui ex Iside filia Inachi enatus est. uerumta¬men ille quidem ex terra, ut herba, ut arbor enascitur, ne¬que ab aliis hominibus eũ distare. aut a fœmina homine gi¬gni, ueluti cæteri enati sint. quæ si tibi non placent, suscı¬piamus alia quæ uis. Bru. quæ nam. Ben. uis originẽ Cæ¬saris examinemus. Bru. uelim per Iouem. Ben. dixit Cæ¬sar amitam laudãdo, ꝙ paternũ genus cũ diis immortali¬bus coniunctũ est. nam a Venere Iulii uenerũt. idq; ꝙ Ve¬nus Anchisæ amore et pulcritudine capta ad montẽ Idã, ubi ille boues pascebat uestita ornataq; ad eũ accessit, cum quo rem habuisse traditur. uerũ anteq̃ cõiungerentur, Ve¬nus se filiam Phrygiæ regis esse edixit, quæ rapta eo du¬cta erat, ut ei sponderetur. atq; ita suadens subacta ab An¬chise est. postea uero se Venerẽ esse detexit, atq; grauidã ex puero cõcepto, quẽ post partũ altumq; quinquẽnem pa¬tri reportare promisit. atq; deinde discessit. ita. quidem ab Homero poetarũ principe in Himnis Veneris relatum es¬se comperio. ille natus puer Æneas a labore dictus est ab Anchise Iubente Venere. uir factus ex Creusa, Iulũ ge¬nuit, qui postea in Italia Albanorũ rex fiat. ex hoc Cæsar se natum esse credit. quod sine cõtrouersia condonemus. arbitrarisne Brute ita esse. Bru. arbitror. Ben. ad Vene¬rem recedamus, credis ne o Brute, potestq; hoc tibi in mẽ¬te sedere, ut dea immortalis cum mortali homine coeat,

prægnansq; fiat, et pariat mortalem, atq; ita in obscœnitatem deos incidere, quæ inter homines quoq; uiciũ est absq; uno quoq; uituperatur. Bru. profecto graue est. Ben. si graue est (ut ais) arbitraris ne Homerũ qum hæc dixerit cognouisse etiam graue esse. Bru. quid ni. Ben. & id non posse accidere diis arbitraris Homerũ sciisse uidisseq;. Bru. arbitror profecto. Ben. qum hæc itaq; cecinit poeta, non ne aliã sententiam mentemq; his uerbis contexit, q̃ eam, quã nuda oratio significat. Bru. ita certe uidetur. Ben. non ne uerisimilior intellectus esset. q̃ Phryx mulier seu regis filia, seu soror, seu neptis, seu optimas aliqua rapta ab Anchise sit, aut ab eius uel satellitibus, uel amicis adq; eum ad montẽ Idam ducta sit. atq; ita cognitam ab eo, & grauidam tandẽ Æneã peperisse. unde Æneas spurius & ex strupo natus est, uir postea p̃stans & Hæros. quã rem ut occultius referat poeta puellam personã Veneris uestiuit obtexitq;. idq; quod Venus omniũ coniunctionũ talium autor est. Bru. hoc & si probabilius uideatur, nescio tamen quo nã pacto difficultatem quandã cõmenticiam sapiat. Ben. an probabilior est sententia. M. Ciceronis in. ii. de natura deorũ. ubi cõprobato q̃ dii consulunt, ait. si nautem consulũt eis, qui quasi magnam quandam insulam colunt, quã nos orbem terræ uocamus, etiã illis consulũt, qui partes eius insulæ tenent Europam Asiã Aphricam. ergo & earũ partes diligunt ut Romã Athenas Spartam Rhodũ & earum urbiũ separatim ab uniuersis singulos diligunt, ut in Pyrrhi Bello Curiũ, Fabricium, Corruncanum. primo Punico Calatinũ, Duellium,

Metellum, Luctacium . secundo Maximũ . Marcellum, Aphricanum. post hos Paulũ, Graccum, Catonem, patrũ ut memoria Scipionem, Lelũ, multosq; præterea & nostra ciuitas & Græcia tulit singulares uiros, quorũ neminem nisi iuuante deo talem fuisse reditum est . quæ ratio poetas maxime Homerũ impulit, ut principibus Hæroum Vlixi Diomedi Agamemnoni Achilli certos deos discriminũ & periculorũ comites adiũgeret. unde quasi concludens sequitur Cicero. nemo igitur uir magnus sine aliquo afflatu diuino unq̃ fuit. et q̃ magna dii curant, parua negligunt, magnisq; uiris prospere eueniunt semp omnes res. hæc Tullius. ex cuius uerbis edoctus esse poteris q̃ a poetis præsertim Homero confictũ sit, Venerẽ matrem esse Æneæ. hoc est deam illã eius comitem cõsultricemq;, & a malis uendicatricem, idq; ob insignem uiri pietatem & singulares cæteras uirtutes. Brute quid ais? Bru. nempe melior grauiorq; hic sensus est. Ben. an poterimus quoq; credere. Homerũ ea finxisse, naturam et ingeniũ planetæ Veneris secutũ. nã Æneas eas partes Veneris uidebatur detulisse, ut prope fidem sit apud unũquenq;, Anchisã, qum eum plantauit, cũ Venere coiisse uisum. atq; ob eam rem matrem Æneæ Venerem appellauisse poetam. Partes. n. & affectiones afflatusq; Veneris sunt, Ornatus, uestitus, mũdicia, pulcritudo, risus, gaudiũ, fides, largitas, diligentia, pietas, amor, iustitia, suauitas, & pacientia . quæ omnia in Ænea magnifice fuere, ut ex eius gestis cognouimus. hæc inq̃ Brute interpretando poetam sentio, neq; meliorem accõmodatioremq; sensum habeo, nisi tu forte

ueriorem fueris contemplatus. Bru. ego Ædepol hisce meliores inueniri non arbitror. Ben. si ita est, animaduertis percipisq; quo nam pacto illud Cæsarianũ intelligendum sit. hoc est genus paternũ cum diis immortalibus coniunctũ esse. Bru. percipere uideor. an uis intelligã Æneã cum dea cõiungi ob eius singulares animi uirtutes, quibus multa memoranda peregit, aut ob afflatus a stella Venere dum generabatur habitos. Ben. hoc ipsum dicebam. sed si ita est. arbitraris ne, o Brute, quod cui uirtutes illæ non insunt, aut afflatus, ei neq; cum Venere coniunctionem esse. Bru. uidetur. Ben. post Æneã & Iulum & Siluium, recordareris ne usquã legisse, quenq; Albanorũ regem eis illis uirtutibus aut afflatibus insignitum. Bru. non per Iouem. Ben. intellexisti ne modo, quo nam pacto factũ est, cum diis immortalibus diuortiũ, hæroicasq; illas Æneæ uirtutes euanuisse. Bru. intelligo. Ben. qua nam ratione o Brute crederes Cæsarem uirum alioqui doctissimum dixisse paternum genus cũ diis coniunctum, ubi nulla est coniunctio, sed seductio magis. Bru. eam abs te quæro. Bennar. & ipse dicam postquã respondentis etiam uices fugis. concionanti siquidem Cæsari uisa est summa cõmoditas laudandi Iuliam ex genere, quod uulgus, ut poetæ cecinerant, atq; uti Cæsar secundũ poetas referebat, accipiebat. unde ornatũ gratiamq; trahere Iulia uidebatur, qum relatũ suasumq; populo erat, ipsam ab diis regibusq; descẽdisse. quasi illa illorũ maiestas distributa quoq; Iuliæ fuisset. atq; ipse iterim se suosq; laudauit, ut omnibus is uideatur, quẽ etiam per religionẽ colerent.

Nam ea fides plurimũ apud uulgus poteſt, pſertim in obti nendis magiſtratibus & imperiis populorũ. Vnde et Alexander Macedo ut melius contineret ſubigeretq; Aſiæ populos, ſe filiũ Iouis appellari conſtituit. quod poſtea conſilium in oratione, qua Hermolao coniuratorum adoleſcentium uni reſpondit, oſtendit. obtulit inquit mihi, filii nomen recipere, ipſis rebus, quas agimus, haud alienũ fuit. utinam indi quoque deũ eſſe me credant, fama. n. bella cõſtant. Et ſæpe etiam quod falſo creditũ eſt, ueri uicem obtinuit. ea itaq; ratione fauet quodã modo poſteris apud uulgus patrum autoritas. quem locũ tam magnifice amplexus eſt Cæſar. Bru. per deos immortales id eſt, quod ego animo habebam. Nam uidebatur ueterum patrumq; claritas ad poſteros pertingere. quam ob rem & poſteri nobiles præq; cellentes reliquos, remanerent. Ben. In his quoque fallitur opinio iudiciumq; tuum. Bru. quam ob rem. Ben. q̃ res aliter ſe habet, q̃ tibi uiſa eſt. Bru. ne me eo pacto ducendo crucies, dic quæſo, quod ſentias. Ben. Age. dum tam ardes audire errorem tuum. An illa claritas, uirtutes hæroicas eorum patrum ſequatur. Bru. ſequi uidetur. Bẽ. atq; ſi uirtutes abiere, credis comitem claritatem remanſiſſe. Bru. nõ uidetur. Ben. illa ergo non poteſt per diſtributionem poſteris contingere. Bru. ſequitur. Ben. at non ne maxima hominum pars de huiusmodi antehabitis proceribus loquitur. Bru. maxime quidem. Ben. & comparant primos extremosq; auos aut ad reges aut ad deos retroductos. Bru. & comparant certe. Ben. Non ne poſt comparationem ſua opinione iudicant, hũc præſtantiorem fuiſſe

illo. Bru. indicant Ben. aduertisti nunc. quod qum ipsa claritas antiquorum ad posteros uere distributa non sit. atque eam homines iudicant memorant admirâturque, quod huiusmodi claritas posteris inest per aliorum arbitrium. totaq; ex opinione aliorum dependeat. Bru. uidetur. Ben. An potest recte gloriari is, qui etiam obolo nũmuloq; caret, ab aliis tamen creditur, centũ milia nummum possidere. atq; eam ob rem honoratur. eũq; homines admirantur. Bru. profecto nunquam nisi turpiter gloriabitur. Ben. quid si eam ob rem superbit iactatq; sese, atq; ea opinione suffultus se anteire cæteros dignũ existimat, delirat hic, an sapit. Bru. maximopere per Herculem delirat. Ben. Ita quidem & is, qui qum nihil habeat procerũ ueterũ nec uirtutis nec afflatus nec claritatis, ex opinione hominum extraque se ea quæritans uehementissime delirat. ad hæc Brutus erubescens non respondit, quasi suam audatiam resciens, quæ probata erant in eius reprehensionem recũbere intelligeret. Verũ Bennardinus orationem secutus o Brute inquit, an unquam sententiam illam Platonis uiri sapientissimi & diuini audiuisti. Bru. quam. Ben. qua sensit. Nullũ esse tam magnum regem qui ex humillimo. Neq; tam humillimũ mortalẽ qui ex magnis regibus originem non ducat. Bru. non Hercle audiui. Ben. an cuperes, eam declaremus, cui postea assentiendum esse censebis, etiam si nunquam dicta fuisset a Platone. Bru. quo modo declaraueris. Ben. finge imperatorem regem ue Romanorũ, is duos filios gignat Tiberium & Claudiũ. Tiberio datum est imperiũ, claudio uero aut nihil aut paucula castella. Ex Tiberio rursus duo

Marcellus & Liuius. Marcello datū imperium est. Liuio Similiter aut nihil aut parum. similiq; modo ex Claudio duo Fabricius et Velleius quorū uterq; paucū patrimonii sorte possedit. Rursus ex Liuio duo, Philippus et Cassius, quorū uterq; pauperior ꝗ pater. Ergo quattuor orti sunt, ex imperatore. qui longe ab imperio & maiestate illa absunt, ex quorum singulis bini nascantur, qui octo erūt longe deteriores ꝗ quattuor. exq; eorū octo uno quoq; duo alii nati sexdecim erūt multo inferiores, ꝗ octo erāt. atq; eodem pacto intelligatur de Marcelli pronepotibus non conturbante fortuna. at post quatricētos aut mille aut tria millia annos inumeros habebimus eius familiæ homines. Verum eorū imperatorem nullū. neq; quoq; omnes multarum rerum dominos. nanq; possessio tot millia dominantiū non patitur. exceditur enim hæc ab illis. unde necesse est ꝗ plurimos humilescere seruosq; ad ultimū fieri. Rursus accipiatur idem Rex. is si ex patre auo proauo attauo & trittauo & deinceps regibus ortus esset. Remaneret ut eiusdem familiæ in eadem orbis regione semper reges extitissent. at id nusꝗ adhuc compertum est. Ergo ex eo deuenisse uidetur, qui rex nō fuit. sit hic uir quispiam regius aut præsul quem aut ex præsulibus semper oriri dicemus, quod contigisse non uidemus, aut ex eo, qui præsul nō est, hic aūt aut rex dicendus est, aut inferior ꝗ sit præsul. Rex quidem non erit, ne semper eius gentis reges dicere cōtra uerum cogamur. Restat ut ille sit humilior ꝗ præsul, atq; eadem retrouersione ad humillimū deuenire necesse est. eadem est ratio, si ab humili incipias. Nam si semper hu

milis ex humili natus est, maiores restabit ut ex maioribus & reges ex regibus oriantur in eodem loco. at id non est ita. non enim regem semper ex rege oriri compertum est. Restat ergo ut humilis quoq; non semper ex humili nascatur. Sed sicut ab imperio deuenit natio ad humilitatē, sic ab humilitate ad imperia trāsigitur. Quare Brute in Platonicum illud ueritate plenum est. Regem nullum qui ex humillimo, humillimū neminem, ex quo Rex aliquando non oriatur attendatq;. Bru. ita esse profecto apparet. Bē. Quinetiam neq; id mirare, si in generibus eæ fiant cōmutationes de humili ad regium, deq; regio ad humilem locum. Quandoquidem idem inuenies si spectaueris in tota natura, tam in corruptilibus q̄ in æternis. nanq; natura semper contrarietate gaudet. altera enim singulis horis locum aspectumq; diuersum subeunt, & tempore semper alia sunt. Et in planetis animalibus fluminibus elementis ciuitatibus artefactis quanta sit mutatio tum premendo tū extollēdo, referre superfluū est. Bru. recte quæ dicis habemus. Ben. si igitur hæc sunt, ueluti nos enarrauimus cōclusimusq;. nemo p familiā altero iferior aut nobilior est. Br. nemo per Iouē uidetur. Ben. qui itaq; se nobilē esse dicere audet eo, q a regibus ducit originē. atq; eā ob rē cæteris p̄stare cōtēdit, nō ne delirat. Bru. ita cōsequi necesse esse uidetur. Bē. at nūc de diuitiis pauca dicamus. Bru. cōuenit. Ben. diuitias oēs & oē dominiū sic ualentia firmáq; sunt. uti frondes quæ Tyrsis surculisq; atq; flagris per neruusculas alligatæ annexæq; sunt. nanq; sicuti hæ autumno blandis auris decidunt. ita illa bello, inuidia, tyranno, nau

fragio, furto, icẽdio, lusu, igluuie, põpa, Venere, et ocio sub trahũtur, atq; amittũtur. Brute an cõprobes hãc cõpatio nẽ. Br. et laudo at approbo. Bẽ. Age nũc mi Brute. si diui tiæ nobilitatẽ afferũt, eã ne, qũ pñtes sunt, an qũ absunt afferant. Brut. qũ psentes sunt. Bã. at quãdo nõ adsunt no bilitatẽ quoq; quã dãt nõ adesse nec ne. Br. nullã adesse. Bẽ. si locupletissimos bellũ aut Tyrãnus diuitiis expoliaue rit, eos nullis aliis existentibus bonis humiles esse necesse est. Bru. humiles & seruos fieri oportere. Ben. nõ ne præ cario & diuitias & harum nobilitatem tenemus. Bru. ita uidetur. Ben. quæ uero præcario tenemus, sunt nostri iu ris, an alieni. Bru. alieni arbitror. Ben. quæ sunt alieni iu ris nostra esse non uidentur. Bru. nequaq̃. Ben. Ergo diui tiæ neq; quando præsentes sunt, neq; quando abfuerint, nostræ sunt. Bru. ita esse apparet. Ben. is quoq; qui ditior erat, nõ differt a sese, pñtibus diuitiis atq; sublatis. Bru. nullo modo. Ben. At humiles seruosq; remanere pecunio sos sublata pecunia paulo ante dicebamus. Bru. ita est. Bẽ. humiles seruosq; esse manifestum est diues esse, etiam si cumulos auri possidebunt, Bru. ita nempe ratio suadet. Ben. Qui ergo se ex ampla pecunia nobilem existimat. nõ ne delirat. Bru. miro equidem modo. Ben. Tu uero auda cule Brute qui tam spumescenter tumideq; te nobilem eẽ proferebas. q̃ originẽ ducis ab Imperatore Federico, atq; q̃ tria Feuda possides. An per eas rationes demonstratum esse sentis, q̃ summus delirus es. ad hæc Brutus obmutuit. Bennardinus uero interrogans rursus ait. An cogitas, q̃ eũ qui a regibus oritur, nobilem quoque non esse, non explic

carim nisi secundum Platonis autoritatem. Bru. id ipsum. Ben. O bone uir quæcunq; in ea stirpe, quæ sese a Venere deriuasse defendit, dicta sunt, eadem in aliis intelligenda esse. unde te hortari non cessabo belle Brute, ut animum ad alia dirigas applicesq;, quæ ueriorē tibi nobilitatem præstare possint. hosq; tuos tumores inanesq; opiniones depone excq te propelle. Verū locū, quem ex ethicis adduxisti paulo tangamus. nē Aristotelis sententia est. Fœlicem sine externis aut esse nō posse, aut cū summa difficultate, et siquis fuerit ignobilis genere, eū obscare fœlicitatem. an sicuti annulus ex auro gemmā ꝓciosiorem concacontinens, undiq; tersus expolitusq; est, ut nihil etiā ad colorem desit. Ita fœlix est apud Aristotelē. nanq; tria sunt in anulo, gemma, aurum & policies. Et in fœlice tria. animus, corpus & externa si ergo fœlix erit sine claris patre auo & proauo, erit quidem ut anulus non dum politus, sed macula quadam affectus auro & gēma non aliter in eo insistentibus. Quādoquidem illa macula in anulo neq; aurum neq; gēmam inficit atq; attingit. est. n. aliena res quædam & substantia & ab auro & a gēma. atq; ita in fœlice esse & claritatem parentū et cætera externa. quid. n. externis est cum corpore animoq; ac fœlice? profecto nihil, nam si definitionem fœlicis, aut animi, aut corporis spectaueris, externi in ea nihil compereris. Est. n. Fœlix, qui secundum uirtutes animæ agit in ætate perfecta. Et corpus est ex humoribus quattuor compositum ossibus neruis medullis carnibusq; distinctum. Et aius quo uiuit & intelligit. homo. Neq; quoq; externa si abfuerint neq; si ꝓ

sentia fuerit mutatum erit corpus et mutatus aius, aut mutata fœlicitas nisi quātū ad qualitatē cultūq;· quē ēt pare fœlix nō pōt, nisi fortuna afferat· Socrates·n· etiā oraculo Apollinis sapiētissimus iudicatus fœlix nempe fiat· nam in eo pdicta diffinitio iuenitur aristotelica· Verū sua sapiētia efficere nequiuit Socrates, quin filius obstetricis ac lapidarii esset & aui obscurioris nepos· Sicuti Aristoteli cōtingit qui sapiēs fœlixq; patrē Nicomachū doctū & bonū uirū habuit. Quæ & si pauca sunt, tamē ut undiq; ornatus sit fœlix, arrogauit & fortunæ & corporis bona oia Aristoteles· a deo ut neq; fœlix is cōplete dicatur, cui amicos mori acciderit, nec si sine liberis, nec si enati filii boni nō fuerint, atq; non filii modo, uerū ēt nepotes & pnepotes· q̄ quis in ptāte fœlicis collocauerit? nisi fortunæ. Qua pro re claritas auorū & nepotū bonitas nō a fœlice exquiruntur· ut cōplentes fœlicitatē, sed (ut diximus) ut seruiētes, ut subiecta, ut tabulamēta, utq; ea, q̄ per se nihil sunt, p aliud aūt aliquid· nā hæc externa bona p se nullo pacto sunt ut diximus uerum ꝙ pprie bono seruiūt bona ēt sunt appellata· Quæ si uera fuerint clarū est, qđ externa bona nō sunt nisi ut umbra & ꝙ improprie nomē boni habentia, atq; nobilitare proprie nō possunt nisi ea ratione, qua bona sunt· quæ si ut umbra· boni bona sunt· nobilitas ex eis erit profecto ut umbra nobilitatis·

Bonorum externorū, quod nobilissimū· C·XXXIII·

Post hæc uero congruit ut pfectissimū externū eligamus, quēadmodū in aliis fecimus ipsa iter se cōparan

tes. Externorũ equidẽ pfectissimã esse gloriam censemus. Quandoquidẽ cætera uendicare sibi uidetur. adeo ut oia dilapidentur fundãtur linquãturq; p gloria uel nõ amittẽda uel cõparãda. neq; reuertitur ratio. hoc est ut gloria p quo uultis aliorũ perdatur, et gloria nõ ita facile euanescit queadmodũ cætera. Et sola gloria post mortẽ remanet pter alia uel extincta uel amissa. Et gloria imortales nos facere nomenq; nostrũ præ uiribus seruare conatur, cõtra tẽporis solisq; recursus. Per hæc itaq; externorum nobilissimum gloriã esse fatemur. Deq; externis hæc eo pacto relata sint satis.

Corporis bona nobiliora esse q̃ externa. Capit. XXXIIII.

SEquens est dulces amici & cõuiuæ mei, ut de corporis bonis disputatiũculam faciamus. Primũ quidem ea cum externis conferendo. Deinde quod eoru optimum demonstrando, ut morem seruemus inceptum. sunt ergo bona corporis, uelocitas, magnitudo, patientia uel restãtia, robur, uenustas, ualitudo & pulcritudo. hæc inq̃ perfectiora bona esseq̃ siut externa. Quãdoquidẽ illa extra hoiem esse, neq; eũ sequẽtia hæc cũ hoie semp sunt, et illa pdita, seu recupata aut nõ ablata hoiem nõ mutare. hæc uero si abfuerit aut cõturbãt aut tollũt hoiem. Et hæc uerius nostra nobisq; per naturã insita illa nõ nostra, sed fortunæ & eius nutu nobiscũ manentia, nec per naturã nostra sed per artẽ ingeniũq; comparata. unde quoq; uidere

est & probabile quidem. q si externa nobis bona essent, natura eis aliquo modo ad nos construendos gignendosq; usa fuisset. Quinetiam q perfectiora nobilioraq; haec sint, q externa, id indicat. q omnia externa postponimus pro corporis bonis aut oibus aut aliquibus. an crederetis tormi nosum, aut calculosum aut uertiginosum aut lippum regna magistratus & gloriã omnẽ postponere ualitudini quando recuperare eam pro cõperto haberent? unde multorũ sen tentia in ualitudine summũ bonum colloc tũ est. quasi ma lum esse, in peluim auream uomere sanguinẽ, & super gẽ matas culcitras tormines ferre. optimũ uero, posthabitis ex ternis corpore cõstare atq; ualere. et corporis bona pfectio ra quoq; esse illis, quae fortunae tradũtur. nam per illa ho mo aptatur accõmodaturq; ad omnes actiones exigẽdas, ad quas ipse natus esse uidetur, praesertim ad intelligẽdũ. fortunae uero bona nõ modo non iuuare, uerũ etiam incõ modare turbare retrahereq; ab huiusmodi exercitamẽto. inueniũtur. et a fortunae bonis plus metus, tristitiae, odii, li uoris, insidiarũ tormenti & occidionis paratur euenitq;, a corporis uero bonis plus tranquillitatis, gratiae, laudis, be nedicentiae & securitatis confluit atq; comparatur. nã illa profecto mala, ex quibus nocumẽta, haec bona, unde adiu menta cõtingũt. q si illa bona quis dixerit, haec perfectius bona uerius elegantiusq; esse. Quinetiã omnes, qui sibi ob uii fiũt aut aduentãt saluere salutatos optãt, bona externa salutando non optantes. quasi melius corporis bonũ sit q fortunae. nam salue saluete & saluere a salute hoc est ualitudine deriuantur. atque ex his multisq; aliis non

dictis

dictis rationibus satis cōstare patereq; arbitror, quod cor poris bona perfectiora atq; nobiliora bona esse, ꝙ sint illa, quæ extrinsecus sunt atq; a fortuna tributa.

Pulcritudinem, bonorum corporis nobilissimam esse. Cap. XXXV.

NVnc uero hæc corporis bona inter se comparemus. uidetur equidem eorū bonorū nobilissimū & perfectissimū esse id, quam pulcritudinē appellant. quandoquidem propter pulcritudinem cætera omnia uidētur esse tanꝗ propter finem. nā ut pulcritudo sit, cætera esse oportere. nec ratio retorquetur, ut aliquid sit, pulcrū esse necesse est, uerū pulcritudinem hoc in loco dicimus nō eam sūmam de qua Plato disputat cū Hippia rhetore, sed illam quæ in solis corporibus humanis est ultima perfectio absolutioq;. hæc inꝗ tū in eo est corpore, quū mediū habitum fuerit in longitudine latitudine & altitudine, in macie & crassitudine, duriciā & mollitie, læuitate & asperitate, caliditate & frigiditate, siccitate & humiditate, & colorū habita fuerit distributio, ut rubedo mediocris genas, fortior labia, tenuis ungues adornet. nigredo sūma pupillas, minor cilia, tenuissima capillos afficiat. albedine maxima dentes, minore oculi, subminiata cæterū corporis splendescat. & membrorū naturalis numerus & consonantia, siue uelitis respondentiā dicere, requiritur. quibus omnibus copulatis natura ipsa quidam decor innascitur & gratia; ut quorūcunq; conspectantium

oculos sibi alliciat contrahat atq; delectet. hæc ergo summa corporis est perfectio, in qua & uelocitatem & decentem magnitudinem & aptitudinem & restantiã et robur & uenustatem & ualitudinem & si qua fuerint alia, nãscisce mini. corporis eam ob rem bonorũ perfectissimũ esse pulcritudinem cõmostratum sic sit. hanc ipsam autẽ pulcritudinẽ quicũq; ex mortalibus possidet, eũ nobilissimũ atq; corpore perfectissimũ esse. cui omnes iure optimo assurgere locũq; dare decet. idem ditissimos atq; maximos reges, (si p̃dictis credideritis) facile antecedit. qualis est nostra tempestate Ricius amicus, qui sui corporis fulgẽtissima forma, inter cæteros iuuenes splendet & eminet prope atq; inter sidera ac stellas nitescit pulcher Apollo. quis. n. rectæ mẽtis hũc nobiliorẽ atq; perfectiorẽ Philippo Pio Imperatore aut eius filio inspectis eorũ numismatis nõ iudicauerit. quum illorũ alteruter ab eo tantoq; bono lõge recesserit. quo noster & loca illustrat & oium oculos cõplet et allicit. huius autẽ pulcritudinis cõplures gradus esse, quorũ ad sũmũ quo quis uicinius accesserit eo nobilior est, perfectiorẽq; esse corpore cẽsemus. sic itaq; de corporis bonis ac de nobilitate eius disputatũ nobis accipiatis.

Quod bona corporis sunt bona animæ, & q̃ sunt bona animi, et qđ nobiliora sunt bona aĩ q̃ corporis. et q alterra ab alteris seduci nõ possunt. Cap. XXXVI.

DE bonis animæ restat differere uerũ id prius monuisse placet. q bona quæ corporis esse diximus,

animæ quoq; ei referenda sunt. quam altricē appellant. nanq; ad pulcritudinem accedens nunc augendo nunc colorādo corpus, ab ea anima submoueri subornariq; oportere credendū est. præsertim qum corpus nihil moueat, sed undequaq; torpescit. mouens autē potius est uis ea, quā ut diximus altriculā nominant naturæ indagatores. sed qum ita certe sit. bona corporis esse uulgo dicūtur uel q magis in corporibus uisuntur, uel q corporis naturam potius sequi q̄ animæ uidentur, uel q ea uis prorsus corporis sit, maximeq; in eius infixa ingenio. præter hæc inquam sunt quædam alia bona, quæ non ad corpus referri, sed ad solam animam queūt, ut effectiuum, ut actiuū, ut contemplatiuū. hæc n. tria omnium, qui in anima sunt, habituū, genera esse uidentur. nam omnes artes in effectiuo, morales in actiuo, atq; in contemplatiuo omnē scientiā collocamus, quas uirtutes in animo esse, compertū exploratumq; est. hæc itaq; animi bona perfectiora & nobiliora esse, q̄ sint corporis bona hinc uidere licet. nam illa corpus perficiunt nobilitantue, hæc uero animam complent ac finiunt. iamque si anima q̄ corpus perfectior atque nobilior sit, & huius fine illius absolutio & perfectior et nobilior esse comprobatur. et si corpus, seruus est, anima uero domina, perfectiorem esse quis dubitat dominæ absolutionem, q̄ eam, quæ serui corporis est. & omnes homines illa magis admirantur, q̄ corporis bona, adeoq; ea affectantes, ut pro eis comparādis cætera bona profundāt dispendant, negligantq;. et per animæ bona simillimi diis immortalibus euadimus. et ubi bona animi non affue

rint, pulcritudo aut nulla est, aut talis, qualẽ non inuident hominibus belluæ. et si pulcritudo adest, perfectionẽ animæ desideramus exquirimusq́; quã nõ ita expetimus, ubi illa affuerit. quasi bona corporis ad bona animæ referẽda esse, tanq́; ad perfectiora oportere. addatis q́; omnia corporis bona tollit senectus in qua politiora bona animi detegũtur. unde bona animi scire decet certos fidosq́; comites per totã uitam esse, hominiq́; semper prodesse accõmodareq́;. illa uerò corporis ad tẽpus esse, atq́; per plurimas causas amitti, neq́; semper conferre, sed aliquãdo nocere. quia pro re uere quoq́; bona corporis non esse. sed ea animi proprie uereq́; bona esse. q́; si ita est manifestũ esse arbitror animi bona perfectiora & nobiliora q̃ bona corporis sunt. uerũ enimuero bona animi haud esse usq́; quaq́;, aut difficulter perturbateq́; queũt, ni corporis bona succurrãt & exornent. nam quis unq́; opifex quod uultis opus complebit dũ articuli tabuerint. aut quis iustitiam unq́; prudẽtiamue exercebit, si obliuionem patietur. similiq; ratione nec naturalis aut diuinus, aut astrologus rerũ uel principia uel exitus unq́; cõtemplabitur, si eum aut uertigo, aut scotomia, aut insania affecerit, ex quibus late patere, q́; sicuti pro animæ seruicio corpus adest, ita quoq́; pro bonis animæ corporis bona subesse exq́; necessitate quadam acciri. atq́; neutrũ sine altero accõmodate decenterq́; consistere posse. an hæc ita sese habeant sicuti in domo contingit. nãque domus est tale arte factũ ex parietibus atq́; tecto ad propellendas cœli iniurias cõstructum. nam earũ repulsam tectũ facit, & repulsio tecti actio est. hæc autem

ultima finis & ultima perfectio domus. ut uero tectum sit paries exquiritur. sine.n. pariete tectũ non est. atque si paries est, non ob aliud, nisi ob tectũ. finis ergo parietum tectũ est. atq; hoc eorũ, & domus perfectio est. tũc n. perfecti sunt parietes, atq; tũc domus dicitur, qum tectum adesse monstratur. quam ob rem perfectius nobilius q; tectũ est, q̃ paries. rursus paries perfectionem quandam aliam habet. hæc autem est, qum ex lapidibus intritaque optime cõstiterit, ut robur decens habeat ad substentandũ tectum, utq; fundamenta ex grandioribus cementis coniecta sint, atq; ut oportet subtus terram demissa. unde recta exurgat parietũ tela. hũc inquam parietem cum sua perfectione quod robur restantiaue est, pro eo tecto extructũ esse. cui siquid miniũ aut candidamenti pauimentiq; atque auramenti contigerit, id omne externũ, minusq; ad finem illũ optimum necessariũ esse, ubi manifestũ est, q perfectio parietis pro tecto est. tectũ autem ad expellendam probibendãq; & æstus & aquæ insaniam. atq; perfectionem parietis pro perfectione tecti præsto esse, & hanc perfectionem esse, q̃ sit illa parietis. finis.n. quodam modo illius est. similiter perfectionem tecti sine perfectione parietis consistere non posse. atq; utranq; absq; altera mancam esse. eodemque modo in homine dicere conuenit. homo.n. est tale natura factum ex corpore, rationalique ad ratiocinandum ingenitum. hæc utique ratiocinatio hominis ultima finis & absolutio est. nam sicuti ad cursum canes ad uolatus aues, ita quidem ad ratiocinationes homines enatos esse. quæ

certe animae actio est, & non corporis. quae anima ut sit, corpus exquisitũ est. corpus. n. tale non est, nisi pro anima, anima restat ut sit corporis talis perfectio et finis. similiter corpus suã aliam quãdam perfectionẽ habet, haec est pulcritudo. sine. n. pulcritudine aut pulcritudinis participatione nũq̃ animo subiectũ esse potest. tanq̃ paries cinericius sub tecto. quam ob rẽ corpus cũ perfectione sua pulcritudine pro anima genitũ esse uidetur. cui si diuitiae & tot uaria fortunae excogitamẽta aduenerint. omnia profecto adesse p̃ter finem illũ bonũq; ad quod natura hominem & genuit & direxit. atq; simili ratione perfectionẽ & bonũ corporis pro anima p̃sto esse, & animam ad ratiocinandũ. et perfectionẽ corporis pro perfectione animae esse, eademq; ignobiliorem. & ad ultimũ perfectionem & bonũ animae consistere non posse, nisi integra pulcritudo, aut pulcritudinis pars cũ corpore coniũgatur, & alterũ sine reliquo bono incõmodatũ remanere. sic itaq; de ignobilitate bonorũ corporis deq; nexu eorum cũ eis bonis, quae animae attributa esse p̃diximus, disputatum sit.

Effectiuum actiuũ & contemplatiuũ sunt bona animi, & quid effectiuũ, quidq̃ actiuum, & effectiuo longe nobilius actiuum.
Cap. XXXVII.

IAm bona igitur animi illa tria examinemus, eorũq; perfectissimũ pro uiribus patefaciamus. haec inq̃ animi bona sunt & omniũ uel externorũ uel corporis bonorum

optima uerissimeq; bona. optima quidē, quod cætera eis sub sunt seruiūtq;, atque ad illa contendūt, tanquam ad finē. finis. n. ut diximus semper bonū est, eis, q̄ diriguntur atque perueniūt finem. quinimmo eadē animi bona dicūtur. nā quum agens animus sit, ob finem agere ex necessitate credendus est. finit autē anima suas exercitationes absoluitque in effectiuū, aut in consiliatiuū siue actiuū uelitis nominare, aut in cōtemplatiuū. quam ob rem effectiuū actiuū & contemplatiuū fines animæ sunt & bona. uerūtamen eorum triū infimū imperfectissimumque & ignobilissimū effectiuum esse. nam effectiuū est animi bonū quo quis opus per corpus afformat. est autem opus ut currus, ut statua, ut domus. unde uidere est, quod huiusmodi bonū corpus hominis exercet cū externis materiis ipsum cōmiscendo, atque in eo uilescere hominem. quinetiam effectiuū omne ad tuendum corpus contendit. expilat ille pelles coriarius atq; polit, ut ex eis calceos alius efficiat, calcei uero pedes contegūt & defendūt ab aqua puluere geluque et similibus. & textores pannos fabricantur, ut sutor togas cōponat, quæ quoq; corpus ab externis officientibus uendicant. neque aliter studet proferre ædificator, quam tegmentū quoddam, in quo & nos & nostra utensilia recondamus atq; seruemus. actiuū uero ab exercitamento usq; corporis abiūctum temperatumq; est, sola in anima considens. unde non ad illud seruicii descendit, quo humilem contritumque hominem reddat. neq; eius actiones in corpus diriguntur, ueluti artium studia, sed ad custodiam regulamque & cōmoditatem animæ uergunt. quandoquidem

actiuũ est animi bonũ, quo recte deliberationes aptantur eligũturq; in oĩbus hoĩum conuersationibus. ut magnanimitas ut liberalitas ut illustris iustitia. Quæ si uera sunt, manifestũ est, ꝙ perfectius bonũ ẽ actiuũ ꝙ̃ effectiuũ. hoc n. recte facere opus cõtẽdit ad tuẽdũ corpus. illud uero rectas deliberatiões accurat ad animi gubernationẽ. nãq; ueluti æstus, pluuia, frigora & talia forinsecus nocentia corpus offendũt corrũpuntq;. ita quoq; improbæ deliberationes & irrationales motus animũ fœdant & inulcerant. Quin & si anima desipierit & corporis & fortunæ bona omnia perdet. In quo si corpus imperfectius est animo & corporis cõmoda & cõseruationes imperfectiora esse gubernationibus animæ, & illorũ causas harũ causis imperfectiores esse ꝓbabile uidetur. Quinetiam hoĩum maxima pars opifex est & effectiua, actiui uero ꝙ̃ rarissimi inueniuntur. quæ res fidem facit perfectius actiuũ esse. nanq; perfecta aut unũ est, aut per pauca & finita, imperfecta uero multa & infinita. & perfectũ difficilius inuenitur & ideo rarum. imperfectũ facillime, atq; ea ratione multũ. simulq; omnes homines actiuos magis uenerãtur & indicio præferunt, effectiuos uero non ita honore prosequntur & retro ponunt. Quinet actiui dominantur regunt & imperant, opifices uero seruiunt & obediunt, & effectiuum sine actiuo uituperatur aut non laudatur. Contra uero actiuum cum effectiuo aut turpe est, aut nõ tanta laude dignum. Nam actiui est proprium hominem liberare, effectiui uero subiectum eundem reddere. Perq; hæc ostendisse, satisq; constare opinor effectiuum im

perfectius ignobiliusq; actiuo esse.

Imperfectorum effectiuorum nobilissimum esse scaccorum lusum & quod perfectum effectiuum nobilius est eis. Cap.XXXVII.

EFFectiuorum autem alterum imperfectum, perfectum alterum. imperfectum quidem est cuius opus nullum post actiones existit. ut tripudiatoria, præstigiatoria, palestrica, gladiatura, schinobatia, quam latine funambulatoriam proferrimus. eam intelligimus, qua quis super rudentes ambulat gesticulatq; & sese pendens multis apte modis uersitat. Lusoria, sub qua ea est, in qua pila, & ea, in qua malleo, & ea, in qua paginis figuratis, & alea, & tessera, & ea, in qua trocho, & ea in qua scacco (ut cœptum est dici) certatur, & cæteræ eiusmodi hæ quidem omnes artes solam delectationem pariunt, cõmoditatẽ uero nullã neq; corpis neq; aĩ. Quarũ nobilissimus lusus scaccorum uidetur. ꝙ ingeniosissimus est. plus enim ipse memoriæ solertiæque & prudentiæ sibi, ꝙ̃ cæteræ, uendicat, & speciem bonam duorum pugnantium exercituũ affert. nanq; & alas instructas utrinq; in campo uidere est, & frontem in medio. & regem præterea in eodem, quem reliqui semper in sua acie seruare nituntur. quoque interempto, cæteris hostem portiri. Quinetiam quasi prætores adsunt ad pugnam acriores. sunt pedites, sunt, & milites. atq; exercitum nunc

quadratum incedere, nunc in aciem uergi. simulq; hic fugam, illic uictoriã spectare est. Stratagemata etiam & fraudes creberrimas fieri, ut facile spectantiũ animos commouere uideatur scaccorum lusus. Gladiatura uero eam palmam ferre uidebatur propter excellentiã armorum. Verum ipsa si delectationem præterierit, plus detrimenti afferet, & perniciosior quidem erit generi humano, conferentior uero non erit. atq; hæc de imperfectis. Perfectũ uero effectiuũ est, cuius post actiones opus extat, ut tela, ut uestis, ut arcula, ut statua, ut domus. in textoria, in sutoria, in fabrica lignaria, in lapidaria, in ædificatoria, & similia in similibus. Hoc equidem nobilius est imperfecto effectiuo. Nam in hoc ipso sola opera est. in illo uero præter operam opus exurgit. Et imperfectum solam delectationem perfectum uero & delectationem & cõmodum parere atq; præstare uidetur. & hoc etiam mancum quodam modo est. natura. n. ipsa operas pro opere enatas eẽ, quæ in imperfecto solæ sunt, unde & nomen ab imperfectione indidimus. Illud uero plenum & undique expletum esse. nam eius operarum finis opus restitit. & imperfectum lege refrenari aut auferri quasi malum contegat inferatq; immoderatum. Perfectum uero gratias a ciuili legum ue latore reportat. quasi hoc libertate gaudeat. illud uero uincula subire cogatur. Quinet omnes homines perfectis artibus utũtur fauent amant & munere amplio ri prosecũtur. Imperfectas uero non omnes, atq; hi cum despectu exercent, & munere raro & paruo atq; ægre donantur. Quæ bonam fidem fecisse uobis arbitramur ꝙ

imperfectũ effectiuũ inferius est perfecto, atq; lusum scaccorum imperfectarum artium nobilissimam artem esse.

Enumeratio plurium perfectarum artium, & rationes quibus ars nobilitatur. C.XXXIX.

NVnc uero pfectas artes inter se cõparare oportere, ut earũ & nobilissimam et perfectissimam e more nostro demõstremus. Effectiuũ igitur perfectum amplissimum genus est. qum oẽm boium fere exercitationem & opam capiat, quæ quanta sit, agricultura cum pastoralibus, & intenta tã q; uaria plebis cura aperit. nam in agricultura adest ars plantandi arbores, serendi, arandi, seminandi, metendi. Et in pastoralibus tondendi uellera & caseum conficiendi. Et in urbanis ingens multitudo ut filatoria, textoria, tonsoria et pannorũ et barbarum, sutoria & uestiũ & calceorum, & tot artes in armis gladiorum, hastarum, toracum, scutorũ, balistarum, arcuũ, sagittarũ tormẽtorũ et bõbardarũ, et ad ornatũ artes, quæ chimeras, quæ falleras parãt, et ars frenorũ, sellarũ, & calcariũ, & tot artes circa domicilia, ut culcitraria, ut pectinaria, ut cribaria, ut cretacearia quæ uasa excreta est fingit, ut funaria si extra filãdi artẽ itelligemus, ut arcaria, ut matraria & quæcunq; circa utensilia studium habent & pro templis porticibusque pictoria, sculptoriaque, & inconuersationibus nummularia, chartaria, & circa gulam uentremque implendum tot artes, adeo ut etiam retia pluraque alia arma ad piscandum aucupan

dum uenandumq; sint inuenta, & ad transigenda maria fluminaque & habitandum ædificatoria. cæteras uero fere innumeras relinquimus ne tam longam enumerationem artium & præsertim hic inutilem nobis fastidienter audiatis. Harum uero omnium eam nobilissimam esse arbitramur, quæ ingenii plus habet, aut quæ circa nobiliorem materiam sese exercet, aut quæ utilius opus commodiusque profert. Qualis Pictoria, Sculptoria, Archetectonica.

De ingenio & Nobilitate Picturæ. Cap. XL.

Picturam equidem magnum habere ingeniũ illud indicat. ꝙ totam naturam suis coloribus atq; lineamentis ostẽdit. adeo Pol ut simillimos propriosq; fere uultus uel pueri, uel puellæ uel principis deliniet. neq; ea modo, sed inanimata ea facie relata edit, ut homines et bestias ea facile fallant signa. Qualia in eo certamine picturæ, ostendere Parrasius Ephesius, atq; Zeusis Heracleotes. Hic. n. uuas pictas tanta similitudine eduxit, ut in scœnã aues aduolarent ad uuas eas excerpẽdas, quo quid similius ? at uero Parrasius linteum pictum detulit ea ueritate repræsentata, ut Zeusis flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atq; intellect errore palmã concessit pudore insigni, quoniam ipse aue: fefellisset. Parrasius autem ipsum artificem. & idem Z ;s qum pinxisset puerum uuas ferentem, ad quas qum au s aduolarent re

cessit iratus operis, dicēs uuas melius pinxi, q̄ puerū, nam & si hoc consummassem, aues timere debuerant, & Graphis pueros duos pinxit, in quibus spectabatur & securitas & simplicitas ætatis. Quinet Appelles Alexandrum magnum sæpius pinxit tanta similitudine posita ut uetuisset Rex inueterato edicto, neminem pictorem alium, eū pingere. Et Arellius, quum semper alicuius amore puellæ flagraret, pingēs deas dilectarū imagines pennicillo adeo accommodate & ueris uultibus proferebat, ut in eius pictura scorta & amasiæ facillime distinguerentur atq; nominarentur. Et Anthiphilus puerū conflantem ignem pinxit, ubi præter alia mira domus igne splendescens laudatur, & os præsertim pueri flantis lumine sparsum lucidū q̄ relinquo huius artis tot milia operū florentissimorum, quæ auro pōderato sæpius q̄ numerato sunt comparata, quæq; pro miraculis a regibus sunt recepta, simul & eius difficultatem rationemq;, quæ tantæ sunt, ut autores multorum uoluminum non paucos habeat ut Antigonū, Xenocratem, Apellem, Euphranorem, Isthmium, Philoxenū Eretrium compluresq; alios. Exquis q̄ maximū huius artis ingenium & dignitatem esse cognoscere poteritis ipsaq; quantum eo alias artes iure ipso antecedat.

De ingenio & materia sculpture, & quod picturam superat enumeratis eius generibus. C.XLI.

SCulptoria quoq; præcellens est, & suas gratias uires q̄ amplas profert per multas differentesq; materias

variata. nãq; sub ea plures artes ueluti species collocamus est. n. ars quæ imagines & signa ex argilla effingit, quam plasticen appellant, latini uero formationem uel fictoriam dicere possunt, & plastas plasticos ue ipsos artifices, quos nostri figulos nominant. Eadē ex gypso, ex cera, ex pice ex que quacũq; simili uel simplici uel composita materia simi litudines cogit, est & fusoria quæ ex fusis metallis, sulphu re ue statuas edit. Est & lapidaria, quæ ex oi genere lapi dis signa & simulacra educere audet, eadē lignaria qum ex ligno illa ipsa effingit, est & gemmaria, quæ limando cauando tum gemmas, tum metalla, uaria opera sculpta et cauatas cælatasue formulas monstrat. In quibus equidē omnibus rationem sculpturæ facile contemplari poteritis, omnes enim id intendunt, ut quicq̃ sculptum ostendant, Quod si ita est, uidere licet, q̃ sculptoria nobilitatē ex ma teria trahere uidetur. exercet enim perfectissima & no bilissima corpora. quale lignũ, quale ebur, quale marmor, quale aurum, quales gemmas esse probauimus. neq; ma gnum huic arti ingenium deest. nam extitere aliquãdo ex tantq; mira eius artificum opera primũ enim possumus fi gulus a Varrone cognitus tubas pulcherrimas effinxit. Idem pisces effecit, quos discernere a ueris uix quisq̃ quis set. Et Archesilaus Luculli familiaris Venerē genitricem tanta pulchritudine effinxit, ut etiam non completa expo sita laudaretur, atq; ea festinatione dedicandi posita est in foro Cæsaris. Et Praxiteles sculptor præstantissimus un de & nomen habet. nihil unq̃ sculpsit, anteq̃ finxit. Idē qu e eam ob rem Plasticem fictoriam ue matrem esse stat

tuariæ sculpturæ & celaturæ dictitabat. Quinetiam Bupalus & Anthermus Micciadis nepotes Dianam in Insula Chio sculpsere ea arte et facie, ut eius uultus intrantibus tristis, exeuntibus hilaris crederetur, extitit Gnidia Venus marmorea a Praxitele effecta mira pulcritudine, quæ dũ poliretur fieretq; ipsa dea fuisse tãto operi creditur. atq; eam ob rem Gnidũ ad eam uidendã plurimi nauigarunt. quidam quoq; fertur eius amore captus reconditusq; noctu simulacro cohæsisse, eiusq; cupiditatis maculã indicem esse. Eiusdem Cupido nudus in Pario colonia propontidis laudatur, parq; Veneri Gnidiæ & nobilitate et iniuriã. Nã tanto simulacri amore exarsit Alchidas Rhodius, ut captata occasiõe cũ eo coiuisset amorisq; simile uestigiũ in eo reliquisset. Neq; cõmemorabo excellẽtissimas manus Agoracriti Alchmenis, Bryaxidis, Scopæ, Phidiæ, Zeti, Amphionis, Crateri Pythodori, Polydectis, atque multorũ clarorũ uirorũ, qui Græciã, Asiã, Ægyptũ, et Italiã operibus suis adornauere. Quæ opera licet quædã mutilata inueniãtur, nostra tamẽ tẽpestate & uenerãtur, & summa diligẽtia perquirũtur, fiuntq; exẽplaria nostris sculptoribus & fidissima & optima. Quinetiam ex ebore metallisq; signa publicata tacebimus excœpto uno, qd miraculo mortalibus est, a Phidia facto. ea est Minerua Athenięsis ex ebore et auro cõstans altitudine xxyi cubitorũ mira concordia mẽbrorũ armorũ uestiũq; et cõcinitate gestus et uultus singulari, q̃ nisi maiestatẽ illã diuinã nihil ostendat, pſertim in eius scuto mirabile artificis igeniũ est. nã in eo ꝑiũ cœlatũ est Amazonũ in tumescẽte ambitu parmæ,

eiusdem concaua parte decrũ & gigantũ dimicatio per-
sculpta est. et in soleis eiusdem lapbitarũ & centaurorũ
pugna. Quinet in base omne quod cælatũ pandoras gene-
sim ipse appellabat, ubi dii sunt uiginti numero mirabili et
præcipuo ꝑcio. adest quoq; sub ipsa cuspide ærea sphinx,
ea subtilitate ut artem ꝑterire referatur. & præstantia Li-
sippi fusoris, quæ nos de promissis excedere cogit. admira-
tione digna est. potissime qum Alexandri statuã ei simili-
mã edidisset, q̃ regem edicere quoq; cõpulit, ne quis alius
ipsum ex ære duceret, ꝙ Lisippus. Quinet nostra tempe-
state duorũ Mediolanensiũ genere sculptura clarissimorũ
opera subtilissima & ingeniosissima florescunt atq; ꝑdicã-
tur. alteri Caradossus, alteri Danieles ex familia Arcio-
num, nomẽ est. uerũ hic in eo genere ꝑsertim pollet, quod
niellũ nouato uerbo appellant, neq; aliter in eo splendet,
quod uitreũ est, ipsi uero fusores smaltũ uocant. nã in hisce
tanta subtilitate & ratione hic usus esse ꝓbatur, ut ab om-
nibus in ea arte claris sũmo honore habitus sit. quid quod
opera eius tam mira digestione iũcturaq; & gratia gau-
dent, ut antiquorũ signa ꝑclarissima ad certamina cõuoca-
re ualeant. interq; salinũ confecisse cõstat ex. xiiii. unciis ar-
genti. est autẽ unicia pondus septenorũ aureorũ cu dimidio
aurei. quod Romæ inuenit, qui septicentis aureis emit. nã
aureus est nummus ex auro impressus, octoginta granorũ
tritici pondere. Caradossus uero eductis imaginibus emi-
nentibusq; & sculptis nitidior. is quidem tum extero-
rum tum italorum palmã tulit. nam excellenti acumine
uel artis uel ingenii sua prolata sunt. quæ a Praxitele, Li-
sippone

sippone an a recentiori efformata sint uel periti uix profe ᵭo iudicabũt. extat. n. eius calamarium ut cætera ꝑclara & nobilia omittamus, ubi omnes artis facultates cẽsentur adesse, quodq; ulterius progrediendi ingenio locũ non reliquisse uisum est. nam in uno illius latere nudi equis insidentes spectantur, qui auxilio cuidã puero uenerant, quẽ aquila eripuerat in cœlum illi uero suspicientes alitẽ puerũ deportãtẽ, eũ animum propositũq; ostendũt, ut euolare cum equis quoq; uelle uideãtur. ubi eis figuris raptũ Ganymedis ostẽdit. in altero pugna centaurorũ cũ Lapbitis est. tertio latere Hercules est, qui Cacũ suppositũ leuaq; gutture illius ꝓsso & genu altero cũ uiolẽtia quadam stomachũ calcante, alteraq; os stringente cõpulsãt. quarto uero Hercules Leonẽ exossans spectatur, adeo pulcre exculptus, ut hominẽ ira percitũ, Leonẽ dolore gemẽtẽ ꝓpe sentiretis. ex quibus lateribus ob subtilitatẽ & operis excellentiam plurimæ sulphureæ tabellæ fusæ sunt, quibus per totã Italiam opus summa cũ admiratione spectatũ est. pro quo Ioannes Aragoneus Ferdinandi filius mille & quincẽtos aureos spopondisse fertur. atq; per hæc explicatũ magnũ ingeniũ sculptoriæ artis accipiatis. ubi compertũ esse arbitramur, utra earũ artiũ sit perfectior. nã perfectior est sculptura ob nobilẽ circa quã sese exercet materiã, atq; ob ingenii magnitudinẽ. neq;. n. picturæ hæc ingenio cedit, quæ et si eo arte pictoria superior non est, non tamen inferiorẽ recte quis dixerit. quinet sculptura ueriora demonstrat, et magis naturam imitatur, qum ꝓfunditatẽ corporis queq; sculptura capiat. pictoria uero illam habere non potest. ꝙ

semper in superficie tabulæ est. unde pictoria semper dimidiatas formas monstrat. sculptura uero frequentius integras. nam pictura si frontem, oculos, genasq; & totũ os, quod uersum nos est lineauerit, occiput uero & oẽ, quod ei subiectũ est, non pingetur. in sculptis uero frequẽter ars imaginem ambit. sculpturæ etiam opera diuturniora sunt, quàm ea, quæ pictores colorant. quam ob rem & gloriã artificiis & nomen rei effictæ staturãq; & faciem magis ad posteros contra plerasq; fortunæ uel cœli iniurias sculptoria profert ac seruat. quæ abunde cõprobare arbitramur, sculptoriam pictura esse & perfectiorẽ & nobiliorẽ. Philostratus uero picturam ꝑtulit solo eo, quòd umbras & uultus & distinctos colores ꝓsentet. quæ omnia ab ingenio ꝓficisci cõpertum est, quod in pictura magnũ inuenire est, non tamen hoc ipso sculptoria cedit ut dictũ est. quæ & si par est in hoc solo picturæ, maior tamẽ est materiæ ratione atq; utilitate operis. is autẽ picturã laudauit multa de picturis disputaturus.

De ingenio materia & cõmoditate Architectonicæ, quibus ars perfectissima & omniũ nobilissima probatur. Cap. XLII.

TErtia uero accedit ædificatoria, aut uelitis eam nominare architectoriam a uoce græca, aut fabrilem artem. quæ & ingeniũ magnum & ꝓciosas materias sibi quoq; uendicat. atq; ꝓter hæc sũmã affert generi hominum cũ delectatione cõmoditatem, quæ ter

tia res est, unde reuerentiam arti habendam esse dicebamus. Huius autẽ artis amplas uires & facultates esse certũ est. quandoquidẽ omnia cõstituere & fabricare studet, ea quidẽ tũ ex lignis, tũ ex cemẽtis, tũ ex utrisq; metalla & gẽmas quoq; usui suscipiens cõparat. ubi & fabricæ põtiũ ligneorũ, & eorũ tabulamentorũ, quos aditus uocant, & ratiũ, nauiũ & uallorũ & turriũ lignacearũ insunt. simul etiã fabricæ lapideæ ut domorũ, ut tẽplorũ, ut circorũ, ut theatrorũ, ut murorũ, ut turriũ coronatarũ etiã, ut arciũ, ut põtiũ, ut portuũ, ut aquæductuũ, ut cisternarũ, cuniculorũ, sordiumq; ductuũ, quas cloacas uocãt, & ad admirationẽ uotũue, Pyramidũ fabricæ & obeliscorũ. est n. obeliscus solidũ marmor i similitudinẽ ueru excisum erectũq; ut Pyramis. quos Ægyptii reges Solis numini erigebãt. idq; idicat obelisci figura in speciẽ radiorũ Solis est formata. quibus in operibus quãtum ingeniũ ars ipsa capiat, res late demonstrat. atq; longe maius in hac esse, q̃ in cæteris omnibus. admirantur. n. eius opera quædã nationes mortaliũ, atq; miracula esse p̃dicant. neq; id iniuria dictum. nõ ne maxime mirũ & supra hominis captum est id, quod Architectus Ramisis regis Ægypti in urbe Solis confecit. is. n. ex lapide, quem simitem uocãt prope Syenem Thebaidis obeliscũ excidit longitudine undecentum pedũ atq; in base singula latera quaternorũ cubitorũ. pes autẽ quattuor palmos continet, cubitus palmos sex sibi uẽdicat, ut Herodotus refert. ad cedendũ uero id operis uehendumq; ac erigendũq; uiginti millia hominũ habuisse ille fertur. in quis miranda est tot seruientium prudens

partitio & collocatio exercentiũ tot trabes, tot funes, tot subiectos lapsus, tot uadosa loca aequantiũ, dum amonte, ubi excisum opus fuit ad fluuium Nilũ ductum est. deinde mirandũ, quae cimba parata fuerat ad tãtam molẽ deferẽdam, & mirandũ quoq; quo modo facta sit nauigatio nouem dierũ. tantũ. n. a Thebis Aegyptiis ad Heliopolim. i. urbem Solis interest. tertia solertia sũme miranda est, qua lapis erectus est, ꝑsertim qum, ut lapidi erigẽdo accuratissime incũberent artifices, filiũ suũ alligare in sũmo lapidis iussisset Ramises quo in opere quantũ igenii affuit uos per uos considerate ꝗſo. an maiorem obeliscũ deuexit erexitq; Alexandriae Ptolemeus Philadelphus opera & ingenio Satyri Architecti. fuerat. n. obeliscus octoginta cubitorũ. an ingeniosior exercitatio fuerat ea, qua iubente diuo Augusto ex Aegypto Puteolos unus obeliscus deuectus est. aut qua obelisci in campũ Martium, & Circũ Vaticanũ ex Aegypto sunt transducti. Pyramides quoq; certe miraculo sunt spectãtibus, & ea ꝑcipue, quae scalae dicũtur. nã emolita est in faciẽ graduũ. huius quidẽ latitudo per singula latera (nam quattuor sunt) octenũ iugerũ est. est autem iugerũ sex passuũ, passus uero quattuor cubitorũ, uel sex pedũ. et altitudo eiusdẽ par est latitudini ex politis cementis marmoreis sũma cum cõcinnitate cõstructae, quorũ nullum est minus triginta palmis. quẽadmodũ se uidisse Herodotus ait. in qua illud maxime mirũ est, ꝙ tam grandia saxa in tantã altitudinem euecta sunt, quam ob rẽ oẽs obstupescũt uidentes. maximũ etiam ingeniũ architecturae Labyrinthi testãtur, ꝑsertim is, qui ad stagnũ Myrios in Ae-

gypto fabricatus est, prope urbem Crocodillorũ. quando quidem eius cameræ subterraneæ alteræ, altera cœnacula sunt, utraq; tria millia & quincenta, q̃ ita inter sese per hostia respondent, ut omnes qui eũ intret eũdo ad inexplicabilem errorem perpetuũq; ducant. in quo ut alia miranda taceamus. uos animaduertatis uiã tam intricatam. tantaq; cum diuersitate digestam, q̃ regressum nõ p̃stat, nisi cũ glomere lini explorantibus hortamur. Lemniũ quoq; Labyrinthũ Zinilus, Rholus & Theodorus architecti exædificauere, in quo id solum ingeniũ cognoscere satis est. nã in Labyrintho centũ ingẽtes colũnæ erectæ fuere. q̃ in eorum officina utrinq; positis clauis ita librate pepẽdere, ut puero circũ agente tornarẽtur. uerũ ut breuior sim neque plura congeram, relinquimus pensiles hortos, pensiles ambulationes, et curricula q̃ Romæ hodie quoq; uisuntur. nã duo semiarcus ad angulũ acutũ conueniunt, atq; ita supra decurritur, & pensile oppidũ in Ægyptiis Thebis relatũ, opera mirabilia & ingeniosissima. & templũ in Græcia Dianæ Ephesiæ a tota Asia ducentis uiginti fabricatũ annis taceo, cuius Architectus Ctesiphon inter clarissimos fuit, ubi sũma miracula sunt. Epistulia ingẽtia sublata supraque colũnas decentissime apposita, quod difficillimũ in limite templi ostẽditur, ob maximã molem transuerse supra sedentẽ. Quinet Cyzici ædificiũ, quod buleuterion uocãt. ubi cõtignatio sine ferreo clauo locata est tam ingeniose. ut trabes eximãtur sine fulturis ac reponantur. et in Ægypto tot templa relinquo, tot in Græcia, & in Italia. et Romæ præsertim fabricas, quæ sua difficultate et arte non pret

cio, uires humanas ingeniumq; superare uidentur. ad hæc quid de arcubus dicetis, quid de testudinibus fornicibusq; refractis interse se atq; per angulos prolatos earũ subductis lapideis filis. qualis est, Neapoli in triclinio maximo Castellinoui. in quibus mensuræ rationem an ingeniũ efficiendi operis prius probetis ambiguũ est, & in aquæ ductibus mirandum quoq; huius artis ingeniũ, pręsertim in eo, quem in Cãpania ad diuũ Claudiuũ referunt. is. n. a Mõtorio oppido sex millia passuũ a Sarno uersus Salernũ distante, fabricatus est. transiens inter Nolam ac radices Vesuuii montis & inter Acerras Neapolimq; usq; ad Puteolos contendit. longitudo est circiter triginta milliũ passuũ opere perpetuo & lateritio. cuius canalis supra arcus innumeros tanta iustitia & tenore substructus est, quemadmodum in partibus eius ostenditur, ut nullo in loco eũ uel tantulam depressionem eminentiamue contorquere unquã inuenietis, quamuis natura loci fere tota inepta & proclinosa sit, quæ intra montem aliquando est. quid non admiremini eos aquæductus, qui Neapoli adhuc uidentur. nam fere per maximã partem urbis subducũtur, interea per uiginti pedes depressi, ubi tam placide quieteq; suffluunt aquæ, ut per æquatum iustumq; alueũ se labi arguant. quod opus miram habet difficultatem atq; rationem. neq; plures referre opus est, nam plures haberem Romæ dicendos, singularem illumq; ueterinũ prope Salernũ, ubi stupescunt aduentantes materias quoq; egregias architectura exercet. nam omnia lapidum genera suscipit, sicuti de obeliscis pyramidibus labyrinthis tẽ

plisq; dictum est. præsertim in labyrintho Ægyptio colūnæ de porphirite lapide ostendebantur. et in templo Herculis, q̄d Tyri erat colūnas ex auro & smaraldo uisas a se refert Herodotus. & Salauces colchorū rex aureas cameras & argenteas trabes similiter columnas & parastadas i. porticus construxisse fertur, quinet ligno & ebore & ære & erectro cū cæteris metallis & gemmis nobilissimis regiis templisq; magnificis opus esse uulgare est. cōmoditas autē ex eius artis operibus sūma est, & anteponēda etiam cæteris. p̄sertim domus. quam si diligenter cōsiderabimus officia prope carissimæ matris ab ea nos suscipere inueniemus. quippe quæ foris aduenietes defatigatos nos excipit ad quietem somnūq;, æstuantes in porticibus refrigerat, frigentes in conclauibus introductos confouet, eadem a uentis, ab imbribus, a feris nos benigne suo sinu tutatur. quinetiam quos ex terra fructus ad futurā uitā colligimus fidelissime seruat. hæc uestes, hæc pecunias oēs custodit. ad hāc p̄terea confugimus in aduersis sicuti infantes pauidi ad matrē, ubi oē auxiliū & certū ultimūq; tutamētū sperare uidētur. eadē lætis nobis lætitiā cōmodat augetq; q̄si cōgratulabūda, ægris quoq; multa parat siue balneis, siue puteis, siue thermis, siue subterraneis cameris, siue cœnaculis, siue aptis uētesisq; aulis, siue clausis munitisque penetralibus opus fuerit. hic ēt nostri lares, ac nostri pœnates dii, et hic dulcia nostra ocia fiūt. tandē adeo erga nos benigna ē, ut miro eius amore uiciamur. nullus ædepol nisi ferili ibumanoq; aio unq̄ cōptus ē, qui absens uel milicia, uel mercatura domus nō recordetur, cōstituat spe

retq̃ aliquando ad eam se rediturũ. magna quoq; cõmoditas templorũ est, Theatrorũ, pontiũ, portuũ, Nauiũ & caeterorũ, quae superius diximus ab Architectore aedificari. cui aliarũ omnium artiũ postponenda cõmoda esse, indubitatũ quidem ducimus. nam huius artis cõmoditas amplior est, q̃ aliae. atq; ea sine qua caeterae aut nõ erunt, aut diminutae certe ferentur. Quam ob rem ex his clarũ compertũque est. ꝙ architecturae magna illa tria mométa in sunt summum ingeniũ nobilis materia & p̃stans commoditas operis ex quibus & perfectionem & nobilitatem artis laudari deceret. Quod si ita est, ut diximus Architectura meherclè & perfectissima est & nobilissima cium artium, nedum pictura & sculptura perfectior. nam in his duabus commoditas nulla inest excepta una, ꝙ absentium faciem praesentem statuae reddunt, atq; semper eodem modo, quae qum studiosis magnisq; uiris erectae sint, horum nomen magnifice retinent, & alios ad parem gloriam cõcitant, caeteri uero fructus admiratio lausq; artificis, et uoluptas spectantiũ sunt. quanq̃ paucula in patinis argẽteis aureisq; et ollis cõmoditas uideatur. Attamẽ Architectura oĩa haec amplissime p̃stat. nã templa Pyramides obelisci & Labyrinthi ad memoriã etiã oĩa sunt aedificata. unde & admiratio & gloria et delectatio cumulatae aliquãtoq; grãdiores nascũtur. atq; praeter haec summã cõmoditatem architectura subiũgit quẽadmodũ superius tetigimus. Addatis ꝙ si uerũ est oẽm artẽ natura existere ad cõmoditatem mortaliũ. Architectura ea in re uera & perfecta est, caeterasq; antecedẽs, qum summus sit eius operis

usus & summa cōmoditas. Quinet Architectura abdu-ctior liberiorq; est, & quae magis docēdo imperādoq; fa-ciat. Aliae uero corpus manusq; plus miscēt, & minus im-perant si non seruiant. quam Graeci significāter ἀρχιτεκτονικὴν idest Architectonicam uocauere principem fabrilem intelligentes. Et enim duplex eius artis forma est, altera fabricatoria, quae manucementa & ligna & caete-ra dolat scalpit componitq; altera, quae pcipit ac iubet quo-nam pacto dolandum scalpendum apponendumq; sit. at-que haec princeps est, illa uero huic subdita parēs. sic itaq; per haec laurea corolla nobilitatis Architecturam donan-dam esse fas est, eam q; inter omnes artes effectiuaq; prin-cipē & perfectissimam & nobilissimā appellare placet.

Manufacta sunt ignobiliora naturalibus, & eorum nobilissima urbs est. Cap. XLIII.

Hic uero oportune deis dicere poterimus, quae ma-nu sunt facta. quādoquidē rerum, quaedā sunt a natura producta, & quaedā sunt artefactae exē-pla utrarunq; uulgaria habetis. Artefacta uero ignobiliora naturalibus eē q ars naturae ueluti imago est, et quae oia faciat p naturae imitationē, & oia manu efficiū-tur i arte gratia naturaliū rerū, ueluti gratia hois tāq; gra-tia finis. finis. n. oim hō est, si recte pspexeritis. quare natu-ralia pfectiora & nobiliora cōsistūt eis, quae sunt effecta p artes. artificiū uero nobilissimū & perfectissimū esse cense

mus id, quod a nobilissima arte effectũ est. haec aũt archi tectonica est, unde fabricata sunt nobilissima postea scul pta, postea picta locũ artium suarũ sequentia. Verũ fabri catorũ nobilissima urbs audiatur. nã urbem. pluriũ aedium digestarũ ac uno muro cinctarũ unionẽ dicimus. unde & templa quae sunt nobilia & domus ẽt regiae in urbe sunt ut partes. Partes uero semper sunt impfectiores toto. quã obrem urbes nobiliores esse caeteris fabricis. An dubitabi tis de urbiũ artifice? Quippe quẽ nullus unq̃ uidit. in quo certe Archite ctus tenẽdus est. nã cuius est domos & tem pla & pontes & aquaeductus et caeteras tales urbis ptes aedificare, eiusdẽ esse oportere urbificare. nam qui oẽs par tes conficit alicuius totius & totũ conficere pbabitur. Vr biũ aũt si nobilissimam & perfectissimã eligere uellemus nouum inciperemus opus sed breuitatis studio. quaedam de ea rettulisse sufficiat. eã igitur nobilissimã appellarim, quae in media zona tẽperata extiterit, & pingues frugife rosq; cãpos arauerit, absens a stagnis longius paludibusq;, & a montibus quoq; recesserit. p̃sertim a Septemtriona libus & orientalibus & occidentalibus, meridianis uero ubi fuerint lapidicinae aliquãto plus defensa constiterit, ne que sit prope maria, neq; nimiũ absens ab eis, solum etiam ubi sedes fuerint, sit eminẽtius, q̃ uallicosius, abũdaueritq; paruulis riuis aquarũ dulciũ, & puteos dulces insissos illi mesq; fecerit. & nemora ampla & planicies grãdes her bidasq; possiderit. Muri tot domus cinxerint, quot commo de & secundum dignitatẽ quadringẽta milia boium capi ta coluerint, plura nolim. Quinet uiae rectae amplaeq; &

stratæ urbem secuerint. sint templa pauca, sed magnifica proq; locis cõmodis extructa. sint domus altæ spectatæq; ut singulæ de pulcritudine certent. sinc circi, spectacula, theatra, & porticus, & fontes, quæ oia si Architectus inuenerit feceritq; proculdubio nobilissimam urbiũ cõstruxerit. nobilitant quoq; urbem, & nobiles picturæ, & sculpta, & eorum artifices, & domus nobiles & magnifica templa & pyramides & quæcũq; ingenium pcæteris habuerint. an sine hoibus nulla erit urbium nobilitas, & psertim si habitantium duæ erũt partes, altera paucorum dominantium prudentiumq;, altera multorũ seruientium obedienter, & eorum qui seruierint alteri ad agros colendos, ad domicilia alteri cõficienda. tertii ad militiam exercendam cui omnes incubuerint, ubi necessitas affuerit, ciues. Dominantium uero alteri sacrificuli. patres cõscripti alteri extiterint. atq; ita omni ex parte urbs nobilitata perfectaq; constabit. eritq; inter alias, ut Sol inter Stellas splendescens. Deque nobilitate urbis hæc satis relata sufficiant.

Honesti duo sunt genera, actiuum & contemplatiuum, & actiui quattuor species, & earundem diffinitiones. C.XLIIII.

SEcuntur honesta in quibus summa perfectio hominis & summum culmen nobilitatis considit. ubi duos illos claros colles exurgere fingunt poetæ, alterum Heliconà, Citherona alterum. quo ubi quis accesserit repete

sapiens & illustris euadit. qui uero illos cōtempserit desti terit ue, eum turpitudine seruitute & obscuritate ope riri necessum est. Sapientiæ. n. alter collis Citherō actiua pars est. alter Helicō altior collis pars cōtemplatiua. Hoc itaq; honestū a. M. Cicerone Viro eloquētissimo in quat tuor partes diuisum est. nam aut in perspicentia ueri soler tiaq; uersatur, quā prudentiam uocant, aut in hoīum socie tate tuenda tribuendo quod suū est cuiq; & rerum contra ctarum fide, quā iustitiam appellant. aut in animi excelsi atq; inuicti magnitudine ac robore, idq; fortitudinem uoci tant. aut in oīum. quæ fiunt, quæq; dicūtur ordine & mō quam temperantiā dicūt. Hæc. n. quattuor genera uirtu tis principes sunt, ad quas oēs alias cōferre collocareq; cō mode possumus. nāq; prudētiæ recte attribuere ualemus & cautionem & docilitatē & prouidentiam & circun spectionē & intellectū, & scientiam & sapientiam. iu stitia continetur inocentia liberalitas amicitia cōcordia pie tas religio affectus & humanitas. in fortitudine in sunt magnanimitas māsuetudo fiducia securitas magnificentia constantia tolerātia & firmitas. Temperātiā uero secūtur modestia uerecūdia abstinētia castitas moderatio parcitas sobrietas & pudicitia. atq; secūdum hūc modum oēs ani mi uirtutes uel actiuas uel cōtemplatiuas sub honesto cō stipant. Verū nobis idem honestū in duas partitiones seca re cōuenit atq; cōfert, ut melius ex eis nobiliorem & pfe ctiorem eligamus. nam altera honesti pars actiuū est, alte rum cōtemplatiuū. sub actiuo uero & tēperantia, & for titudo & Iustitia & Prudentia est. sub cōtemplatiuo itel

lectus scientia & sapientia.nõ confundentes contẽplatiuũ cũ prudentia,quẽadmodũ & Cicero & Plotinus & pleriq; alii fecere alio itinere & tractatione profecti.nisi uelit.M.Tullius idẽ esse iustitiã & scientiã expetendarum actionũ & fugiendarũ,quã prudẽtiam dicũt,secutus Platonem in eo opere,quod scripsit de philosophia. Verũ ut hæc clariora sint,de aĩa paucula hic referamus. Aĩa quidem in plures uires partitur.Est.n.uis nutricula qua plantæ & aĩalia sola uirescunt,hæc rationẽ non hẽt, nec humanæ rõni obedire reperitur. atq; eã ob rẽ in ea non est uirtus ut finis sed pulcritudo,ut dictũ est.sed si qua umbra uirtutis appareat in ea esse,hæc quidẽ tenuissima est. Est & appetitus facultas,qui & si irrationalis est,paret plerũq; rationi atq; sub eo duæ species sunt cõcupiscens altera,altera irascens cuius est furor.est et tertia uis tota rõnalis,atq; hæc quoq; duo cõplecti genera inuenitur.unũ opinatiuũ,intellectiuũ alterũ.Et opinatiuũ tres species cõtinere,ut effectoriũ,tributoriũ ratiocinatoriũ.Rursus i unaquaq; animæ ui quædã inest ꝓpria affectio,quã πάθος i.affectũ græci uocant,ut in cõcupiscente cõcupiscentia, in irascente iracũdia uel furor:in opinatiua opinio, in effectoria quidẽ effectio,in tributoria tributio, in ratiocinatoria ratio & in intellectiuo intellectus aut intellectio.iãque uirtutes bona aĩæ sunt, ut superius diximus: & ideo bona quia fines & perfectiones aĩæ.qum ergo unaquæq; affectio finitur uirtus fit,qua uis illa aĩæ perfecta prædicatur & admiratur.ut cõcupiscentia tũc quidem finitur, qum nec abũdat,nec deficit sed in medio sistit.nam abun-

dare uicium & malũ & nociuũ, quare finis esse nõ põt, similiter & deficere malũ. mediũ uero tenere bonũ et finis & perfectio. unde qum cõcupiscẽtia ĩter illa duo fuerit retenta tẽperantia dicitur. hæc aũt retractio repressioq; fit a ratione recta bonũ cognoscente, cui concupiscens uis obedit. Quã ob rẽ si uera hæc sunt, late patet qđ tẽperãtia est cõcupiscentia ĩter duo uitia frenata a rõne recta. atque ita cõcupiscẽtis aĩæ pfectio. & abũdare in cõcupiscendo uitiũ, quã delectationẽ uocãt, nõ cõcupiscere uero quoque uitiũ, quã tristitiã intelligũt. atq; ita tẽperãtia est ĩter delectationẽ & tristitiã. simili mõ de furore in irascẽte intelligere oportet. nã hic nimis excrescẽs ebuliẽsq; audacia est, qum uero mancus cessansq; timor fit, utrũq; mala. at qum in meditulliũ uenit fortitudo est. idq; a recta quoq; rõne effici. unde fortitudo est furor a recta rõne frenatus inter timorẽ & audaciã & aiæ irascẽtis perfectio. Quinet in opinatiua effectoria effectio. hæc quidẽ circa externa opera ratiocinãdo uersatur, quæ ubi pfecte atq; ut decet, extiterint tũc ratio recta in eorũ effectione affuit, & ars fit. ubi uero distortũ & ineptũ opus erit, obliqua rõne effectũ est, & inertiã monstrat. Vnde ars est effectio cũ recta ratiõe circa opus, effectoriæq; opinatiuæ pfectio, quã quidem uilescere iacereq; uidemus ob id, quod corpus efficiendo miscet ad q; seruitiũ ducit. Tributoriæ uero opinatiuæ tributio. tria quoq; momenta uariat eaq; in quantitate tributi. nam quantũ & maius & minus, & quod neq; maius neq; minus est, capi potest. atq; tam maius q̃ minus est inequale neutro. Iamq; qum hæc minor est tributio, q̃

recta ratio dictat, aut maior, tūc fiunt duæ inequalitates. inter quas ubi media extiterit duce recta rōne bonum & perfectio est, quā iustitiā dicimus. utræq; illæ iniquitates iniuriæ sunt & perniciosæ. unde iustitia est tributio inter duas iniurias per rectā rōnem cōsistens & opinatiuæ tributoriæ pfectio. eadē formula de ratiōe dicemus. hæc inq̄ est in opinatiua ratiocinatoria affectio, quæ cōponendo diuidendoq; sensus itendit ad uerū tanq; uia recta a loco ad locū, atq; qum ad ueritatē uenit tūc recta est, quasi recta perrexisset, qum uero alterutro diuerterit, tūc utraq; obliqua & falsa ratio dicitur. uerūtamen tam recta ratio, q̄ obliqua duobus capiatur modis oportet. nā si res ad usum consuetudinēq; hoīum pertinētes adierit recta ratio, prudētia est. obliqua imprudētia. sinaūt ad alia actinētes, idagatio aut interpretatio recta ratio est. obliqua uero impitia dici posse uidetur. Est itaq; prudentia ratio recta erga uerum earū rerū, quæ ad hoīum usum uergūt. hoc aūt uerum & bonū est, & uerū malū, atq; prudētia est recta ratio circa oīa uera bona et mala hoīs, (ut dixit Aristoteles) & perfectio rationantis opinatiuæ.

Fortitudo perfectior uirtus est q̄ temperantia. Cap. XLV.

Virtutibus moralibus itaq; diffinitis secūdum sales Aristotelis & Plutarchi clarissimorū philosophorū ad cōpationē earū aggrediamur. ut aliā alia nobiliorem arbitremur. postea uero de contēplatiuo dicetur

genere. igitur temperantia ignobilior est quam fortitudo. nam concupiscens animæ uis plus a ratione recedit uicinior que nutriculæ, quæ tota est sub mole corporis iacta. quandoquidem concupiscentem talem esse, hoc indicii est. nam concupiscentia prope semper in eis affectionibus incubare uisa est, quæ corpus magis secuntur, ut comedere, potare, scortari, dormire, ociari, et ut uno uerbo reliqua dicam uoluptari. irascibilis uero potius ad eos actus se confert, qui ad animũ magis spectant, ut superbire, dignari, intractari, uindicare, contẽnere, spe neque metuplicari, & cæteros eiusmodi. unde fides bona fit, quod irascens a corpore magis abiungitur, fitq; rationi uicinior, ut ait Plutarchus in suis æthicis. quam ob rem irascens cõcupiscenti pręstat, atque perfectior facultas. unde compertũ est, fortitudinem nobiliorem esse temperantia & perfectiorem. Quinet acta uirorũ fortium reuerentius grauiusq; admirantur homines quam temperatorum officia. cuius rei testes citentur historiæ. quare possitis intelligere uirtutem illam et animi robur plus illucescere splendereque quam moderatã uoluptatem, & omnes prope mortales suapte natura ad fortitudinem potius trahũtur, adeo ut ubi non habent habere se fingant, temperantiam haud tanti faciẽtes. perque ea fortitudinem temperãtiæ anteponimus.

Iustitiam nobiliorem esse constantia. Cap. XLVI.

VErum iustitia perfectior & nobilior est fortitudine. quoniam complet nobiliorem animæ partem. nam iustitia in opinatiua est. quæ rationalis est. cõstantia

stantia uero est in irascibili; quae & si ratione careat, paret tamen rationi quinet constantia ad externa non uenit, sed solum possidentem, in quo est, cõmodare uidetur. iustitia uero & possidentem cõmodat & ad externa descendit, omnes hominũ consuetudines librando concordans, quasi iustitia actiuior sit, & uirior uertus q̃ constantia. et excellentiora humanioraq; officia ab ea emanent, quam de fortitudine proueniãt. quam ob rẽ hominũ illa societas & cõmunitas cõseruatur. dum honor munusq; & pœna tribuitur iis, qui probe aut perperam egerint. Quinet non mortaliũ inter se modo cõcordia gignitur atq; alitur, uerũetiam cũ diis coniunctio & beniuolentia augetur. qua pro re iustitiae splendorem uirtutis maximũ inesse, & ab ea uiros bonos nominari tuentur ac pdicant. unde Marcus Tullius quantũ quoq; fortitudini pstet iustitia his uerbis indicat. sed ea animi elatio, quae cernitur in periculis & laboribus, si iustitia uacat pugnatq; non pro salute comuni, sed pro suis cõmodis, in uicio est. nõ. n. modo id uirtutis nõ est, sed potius imanitatis oẽm humanitatẽ repellẽtis. itaq; pbe diffinitur a Stoicis fortitudo, qum eã uirtutẽ esse dicũt pugnantem pro aequitate. quo circa nemo qui fortitudinis gloriam cõsecutus est, insidiis & malicia laudẽ est adeptus. nihil. n. honestũ esse potest, quod iustitia uacat. praeclarũ igitur Platonis illud. non solũ inquit sciẽtia, quae est remota a iustitia, calliditas potius, q̃ sciẽtia est appellanda. uerũetiam animus paratus ad periculũ si sua cupiditate nõ utilitate cõmuni impellitur, audaciae potius nomen habeat, q̃ fortitudinis. itaq; uiros fortes magnani

mos eosdem bonos & simplicis ueritatis amicos minimeq; fallaces esse uolumus, quæ sunt ex media laude iustitiæ: atq; ita explicatum probatumq; sit, iustitiam nobiliorem & perfectiorem esse constantia. partim ab animæ ui, quam iustitia perfecit, partimq; ab officiis amplioribus, quæ ipsa parit, ductis argumentis atq; rationibus.

Prudentia perfectior nobiliorq; uirtus quam iustitia, & super ea re cum Cicerone disceptatio. Cap. XLVII.

AN iustitia ignobilior q̃ prudentia sit, lites ingentes habet eius quæstionis locus. in quo cum. M. Cicerone nobis differendum est uiro graui & facundia pdito, cui si repugnarimus, minime mirum sit, psertim qum non gratia tanti oratoris & linguæ latinæ splendoris ac principis reprehendendi disputemus: sed ut quid nostræ rationes ualeant ostendamus, quibus nos cõsentimur atq; trahimur. arbitrandi interim diiudicandiq; prouintiam uobis audientibus relinquentes. uerum breuibus omnia recensebo. opinatur ille quidem in ea disputatione ubi de duobus honestis utrũ honestius sit, agitur. q studiis officiisq; scientiæ & cognitionis, in quibus intelligitur prudentia, pponenda sunt officia iustitiæ, quæ pertinent ad hominũ utilitatem. idq; sola hac ratione ostendens. nã omnis cognitio contemplatioq; naturæ manca quodãmodo atq; inchoata est, si actio rerũ nulla consequatur, quam, q in hominũ commodis tuendis

maxime cernitur, pertinere ad societatē generis humani censemus, quasi manca & imperfecta omnis cognitio, si quicquam societati generis humani non contulerit. idq; roborauit iudicio usuq; philosophantiū, qui et si eorū studia uitaq; omnis in rerū cognitione uersata est, tamen ab augendis hominū utilitatibus non recesserūt. nam erudiere multos, quo meliores ciues utilioresq; in rebus suis publicis essent, ut Thebanū Epaminūdam Lysias Pythagoreus. et Dionem Syracusiū Plato docuit, multiq; multos. neq; solum hi uiui atq; psentes docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assecūtur. nam ne unus quidem locus ptermissus est ab his, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam rei pu. pertineret. ut ociū suū ad nostrū negociū contulisse uideantur. ita illi ipsi doctrinæ studiis & sapientiæ dediti ad hominum utilitatē suam prudentiam intelligentiamq; potissimū cōferūt idem ex similitudine cōprobat. nam ut apum examina non fingendorū inquit fauorum causā congregantur, sed qum cōgregabilia natura sint, fingūt fauos. sic homines ac multo etiam magis natura congregati adhibent augendi cōgregandiq; solertiam. quasi uelit, q natura homines congregati omnem cognitionē ad congregationē societatemq; augēdam trahere teneantur. atq; eo modo cognitio est gratia societatis augendæ, nō autē societas, gratia cognitionis. itaq; nisi ea uirtus, quæ constat ex societate generis humani, attingat rerū cognitionē, soliuaga cognitio & ieiuna uideatur. hæc relata omnia sunt Ciceroniana. quibus ille neglecta cognitione fuisse uisus est iustæ actioni, quæ societas

tem hominum seruat atq; ferruminatur. nos uero suum Ciceronis locum in ipsum retorquemus. profecto si uera sunt, quae diximus superius, in ipsa iustitia uel actione prudentia inest. quod etiam dixit Aristoteles. nam iustitia cum recta ratione est, quae prudentia est. quare quemadmodum inquit ille, quod cognitio sine actione, ieiuna est, nos haud secus dicere ualemus. quod actio uel iustitiae sine recta ratione & prudentia non erit, ne dum manca erit. et Hercule nihil agit sequiturq; iustitia, quod prudentia prius non inuenisset. nam si uerum bonū prudentia non inuenerit, quod agat, iustitia non habet. quae si uera sunt nemo causam afferre posse uidetur, qua demonstret, quod ratio Ciceronis non plus incommodi accipiat, quam uim faciat. nam si prudentiam sine iustitia actioneue mancam ieiunamq; tuetur, eam plagam ferre cogitur, quod iustitia absq; prudentia non sit. quam ob rem locus concludendi non datur. hoc est, quod iustitia uel actio antecedat cognitionem, quoniam sine actione manca est cognitio. sed econtrario uerius commodiusq; dicetur, quod prudentia atq; cognitio anteueniūt iustitiam ob id, quod iustitia sine cognitione prudentiaq; non inuenitur. quinetiam aduertendum est si duo fuerint, quorum unū est, id quod est, ob alterum; & non econuerso, non ne hoc ignobilius est illo, a quo capit; ut sit. ueluti Luna & Sol. Luna quidem lucet ob Solem & non econtrario, nam ab eo lumen capit. ergo nocturno tempore in illustrandis terris. si Luna talis est, ut illustret terras ob Solem; ignobilior quidem est Luna quam sit Sol, a quo lumen capit.

Luna siquidem mutuaticium lumen habet, & ut serua alienam lucem transfert. ita quoq; & illis contigit. nam iustitia ut talis sit, ob prudentiam est, & non econtrario. ergo omne bonum. quod agit, id mutuatū ei est, & ut non suum quasi serua tractat. prudentia siquidem cognitio est ueri boni, & id inuenit ratiocinando & consulendo; quod uerum certe prudentiæ est ut inuentricis. iustitia uero illud bonum a prudentia inuentū agit. quandoquidem iustitia nō est cognitio, sed moralis uirtus quæ cum cognitione est. & huius proprie est agere humana bona, prudentiæ uero inuenire. quare iustitia aliena agit, qum agit. atq; ita ignobilior est prudentia & cognitione. quid ipse Cicero quoq; nobiscū sentit in alio quodam loco. nam discutit. num bellica cedere debeant urbanis. ubi antecellere urbana affirmat. nam & si Themistocles militiæ Xerxem fudit, quod ingentissimum & gloriosissimum facti genus fuerat, quoq; eius nomen q̄ Solonis illustrius est. id tamen ad consilium Solonis refertur. nam bellum illud senatusconsulto Atheniensiū gestum erat, quem senatum Solon constituerat. atq; eam ob rem plus contulisse Solonem, q̄ Themistoclem, etiam si tam præclare classem ille gubernarit. perinde ac si ordo modus & institutio senatus fuisset. tractatio executioque eius institutionis Themistocli traderetur. et addidit, licet eadem de Pausania Lysandroque dicere, quorum rebus gestis, quamquā imperium Lacedemoniis dilatatum putatur. tamen ne minima quidem ex parte Lygurgi legibus & disciplinæ conferendi sint. qui etiam ob has

ipsas causas & paratiores habuerũt exercitus & fortiores. et Paulo post, parua.n.sunt foris arma, nisi est consilium domi. unde siquid clari bellicis extiterit, id quidem ad consilium senatorũ & statuta urbana reuocandũ esse oportere. nam urbana decernũt mandant parant. diriguntq;. arma execũtur expediuntq; suscepta mandata. atque ita urbana maiora, q̃ bellica. & illa ut domina, hæc ut serua esse. in quibus dicere est, ut arbitratur Tullius. disciplinam & consiliũ Solonis & Ariopagitarũ ieiunũ esse, nisi gesta Themistoclea claruissent. quod siquis admitteret, is fateatur oportet. ꝙ bellica sunt maiora, quod negat Cicero: sin autẽ urbana digniora sunt bellicis; tanquam ea sine quibus arma aut non sunt aut parua sunt. a simili proferre cogitur. ꝙ prudẽtia & cognitio sine quibus neq; iustitia neq; actio est, maiores nobilioresq; sunt q̃ iustitia atq; actiones. unde ea sentẽtia iudiciũq; Ciceronis in ea disceptatione an arma togæ cedãt nobiscũ aduersum est ei sententiæ, quã ipse tulit. ubi de duobus honestis utrum honestius disputauit. nunc uero ad corroborationẽ ueniamus, quæ ex docentibus scribentibusq; philosophis tracta est. nam si ii, qui suũ studiũ in contemplatione naturæ posuerint, nullum ꝑtermiserint scribendo docendoq; locum, qui ad cõmunitatem hominũ atq; actionem pertineret. eam ob rem non inquã, fit, ut demonstratum sit, ꝙ contemplatiuũ studium pro negocio susceptũ est, declinetque tandem tanquam ad meliorem finem ad actionem rerum humanarum. an philosophi id factitant ad imitationem naturæ. hæc.n. quum unum facit, plura

iuuat. ueluti in Sole est uidere. Sol equidem corpus æthereum est & lumine amplo pollens: is quidem semper studet se similem facere summo illi & optimo & maximo patri Ioui. quod interim dum facit & plantas & animalia in hisce infernis sedibusque terrenis gignit auget. seruat atque commodat. unde quanta nobis sit commoditas uos considerate. uerum Solis actio non est proprie pro hac fine, sed maximum Iouem imitanti contigit, ut hæc quoque bona pariat seruetque. simulet triticum & omnia leguniina qum spicas et folliculos faciant & semina, pro propaganda seruandeque sua specie gignunt, ut ea propagine sint perpetua & immortalia, atq; ita se similia reddant diuino illi atque optimo, cuius gratia omnia fiunt. at uero qum aues & homines eadem illa semina legunt pascunturque, inde nutriuntur, et uitam ducunt. adeo ut triticum pro homine nutriendo frugem facere uideatur. sed copiosa & ubiq; natura fertilis & benigna, qum triticum, primum pro seruando tritico genuisset. tam ampliter fœtificare & triticificare studet, ut primum illud seruet, secundo etiam ut animalia nutriat. atque ita ille finis pro hac non est. sed potius hæc nutritio ab illo pendeat. idem de uuis, de lignis, de stramentis, deq; ossibus, pellibus uelleribusque, quorum tantus est usus mortalibus, imaginandum est. ita quoque & ipsi philosophi faciũt. nam primum eorũ propositum est natura quadam concitati quoad fieri potest, se similes diis reddere. qui cõtemplatione sola gaudent, actionẽ nullam peragunt nec exercent. atque eam ob rem cõtemplationem & rerũ cognitionẽ primo attingere

student. deinde ꝙ per eam cognitionem commodare possunt homines clementer ad præcepta uitæ tradenda descendunt. quæ quidem ex intima naturæ cognitione nascuntur. Itaq; dum unum faciunt plura iuuant. unde hæc philosophorum de moribus erudimenta in secundo quidem sunt collocāda proposito, eademq; ueluti adiecta putanda. Sed non ut id, ad quod cætera animæ officia diriguntur. Similiter de hominibus natura congregatis dicendum est. homines enim natura ipsa ad cognitionem trahuntur, quod primum est propositum. qui si solertiam societatis augendæ adhibeant. id quidem primum non est, sed secundum quoddam & adiectum propositum, quod sine primo non est, primum autem sine hoc esse nihil prohibere uidetur. Quam ob rem si hæc uera fuerint profecto illa Ciceroniana non satis constabunt. An. M. Tullius hæc ipsa & plura alia diligenter cognouerit, quibus Iustitiæ præferendam esse prudentiam, crederet. Sed tamen iustitiam prætulerit probabili & populari ratione ꝙ ea fuerat multitudini & uulgo ad capescendum magis idonea & cōmodatior. Quippe cuius ad hominū utilitatem certiorem euidentioremq; usum uulgus uideret. a qua uideatur & omne bonum seruari, malumq; arceri, & mutua beniuolentia & societas manuteneri, unde uulgus semper iustitiam collaudare & expetere atq; præferre appareat. Quod ea res ita sit, propemodum ostendit Cicero libro secundo de officiis. Quam ob rem inquit intelligentiæ iustitia coniuncta quantum uolet habebit ad faciendā fidem uirium. Iustitia sine prudentia multum poterit; sine

iustitia nihil ualebit prudentia. Sed ne quis sit admira
tus, quur quum inter omnes philosophos constet, a meq; ipso
sæpe disputatũ sit, qui unã haberet, oẽs haberet uirtutes,
nunc ita seiungam quasi possit quisq̃, qui non idem pru
dens sit, iustus esse. Alia est illa, quum ueritas ipsa limatur
in disputatione, subtilitas alia, quum ad opinionem com
munem omnis accommodatur oratio. Quam ob rem ut
uulgus ita nos hoc loco loquimur. ut alios fortes, alios uiros
bonos, alios prudentes dicamus. popularibus enim uerbis
est agendum, & usitatis, quum loquamur de opinione po
pulari. idq; eodem modo fecit Panetius. Nos uero ad cœ
ptum modum reuertamur. atq; prudentiam & perfe
ctiorem & nobiliorem esse iustitia fateamur. nam pru
dentia finis est nobilioris partis opinatiuæ animæ. Nam
actus & perfectio est opinatiuæ ratiocinatoriæ, iustitia ue
ro partis tributoriæ. quæ nequicq̃ tribuere potest nisi lu
men quoddam a ratiocinatoria capiat. & in iustitia inest
prudentia sine qua iustitia non esset, & q̃ iustitia exe
quitur id, quod prudentiæ est. ea enim omnia bona ex
quirenda & mala fugienda inuenit, complectens ratio
nem totius hominum communitatis & usus ac uitæ. un
de non iustitia modo bonum monstratũ agit, uerum etiam
& fortitudo & temperantia. omnes enim hæ agunt, illa
uero sola scit ac inuenit, quid mehercle sicuti in naue ma
gister & princeps, cuius nutum omnes nautæ exquirunt
spectantq; & dicto parent, sine quo nauigare probe ne
quirent. ita prudentia inter alias uirtutes morales magi
stra est & princeps, cuius dicto cæteræ obediunt uirtu

tes, quæque gubernationem urbium & regnum capit, atque eo ars regendi & ciuilis a sapientibus quoque appellatur. Per hæc itaque satis superque demonstratum esse arbitror, q Prudentia est, q̃ sit iustitia & perfectior & nobilior.

Actiuo nobilius est contemplatiuum honestum, & qui nexus inter utraque.
Cap. XLVIII.

ALterum genus honesti sequitur, quod appellauimus contemplatiuum. in quo & scientia & intellectus & sapientia erant collocatæ, id quidem comparatione cum actiuo habita longe perfectius atq; nobilius prædicandum est. Quandoquidem si locos unde uirtus uel actiua uel contemplatiua nobilitatem capit, perpendere uelimus, maiores honorabilioresq; eos nanciscemur, qui ad hanc uirtutem, q̃ qui ad actiuum genus pertinent: nam & uis est animæ, quæ uirtute perficitur, & res circa quam sese uirtus exercet. & exemplar, cui quo uicinior similiorq; fuerit uirtus, eo perfectior & nobilior extiterit. his quidem tribus præstare contemplatiuum ipsi actiuo, primum quidem uis animæ in contemplatiuo intellectus est, in actiuo uero opinatiua, iamque opinatiua mendax est. Quippe quæ ob probabilitatem, quæ ei inest, per sæpe erret, intellectus uero ab errore se uendicat, neque mendacium recipit. semper enim causam certam & propiam exquirit capitq; rei uni

de hic certior illa uero incertior est, & hic & scit & apparet scire. illa uero nescit, scire tamen se consimulat, & opinatiua esse non potest sine intellectu. omnes enim opinantes intellectum habent, ut homines. atq; quae intellectu uacant, sine opinatiua reperiuntur ut arbores & bruta. intellectus uero sine opinatiua esse potest, quemadmodum de diis creditur. ubi intelligentia inest, opinio nõ est, quia in eis non est error. Quã ob rem si quid rationis opinatiua continet, id quidem ab intellectu eam suscipere certum est, quibus paucis quod melior honorabiliorque sit intellectus quàm opinatiua explicatum sit. quin etiam inferiora sunt ea, circa quae actiuum sese exercet, quàm quae contemplatiuum speculatur. illud enim hominum mores & conuersationes exquirit. hoc uero totam Naturam, & praecipue deum peruestigat capitque, ubi quis deum & mundum meliores non esse dixerit, quàm hominis uel affectiones uel consuetudines & ciuilitates? Et ea, circa quae actiua uirtus est, contingentia sunt & confusa & quae sese habere aliter possunt. Quae ad contemplatiuum spectant, aeterna determinata & immutabilia. & affectiones & conuersationes, circa quas actiuum est, sine deo non sunt. illo enim amoto omnia amouentur. deus uero ut sit praeter affectiones & praeter homines nihil prohibere uidetur. Quam ob rem nobiliora contemplatilia esse, quàm ea, in quibus actiuum uertitur monstratũ est. Ab exemplari quoq; nobilius est contemplatiuũ. si quidem per hoc dii similes euadimus, quandoquidem si dii agentes sunt, (quanquam

sine actione esse nefas est credere) non agere quidem eos ut plantæ, tuendum est. neq; ut Bruta, sed ut homo. Verũ non secundum omnem hominis partem & officium. non enim agunt dii, ut opinantes & morales, qum in eis non sit libido, quæ temperantia refrenaretur. neque inest timor mortis & cætera terrentia, ubi opus esset fortitudine. neque exhibitio atque receptio, quam æquaret iustitia. neque ciuilitates quibus consuleret prudentia. sed agere quidem intelligendo & contemplando, qua nulla excellentior actio neque sublimior potest assignari. quã obrem si dii contemplantur eis per contemplatiuum uiciniores similioresq; nos præstiterimus. at per actiuum nos profecto diis non conferemur. qum in eis non sit uirtus moralis. comparabimur autẽ similesq; erimus naturæ potius. Nam in ea ueriorem uirtutum moralium imaginem uidere uidemur. Naturam autem intelligimus uim illam internam corpora cientem. nam ut in plãtis exempla edamus. quid aliud est concoctio fructuum in Palmis? q̃ temperantia quædam. & contra pondera restantia atque etiam inuitis uentis submissa tam alte coma, quid aliud indicant q̃ fortitudinem, & iustitiam quoque seruare non ne uidetur, qum cuique succum suum tribuat, alium crassiorem turbidioremque frondibus, clariorem tenuiorem que spadicibus præstet, & prudentia non ne maxima est, qum semina pulpa ambiat, ut qum semen humi fuerit, eam pulpam succet proque fimo utatur. quid præterea cortices in aliis, quid frondes, quid spinæ arguant? per deos nihil aliud q̃ prudentiam monstrant. unde per

actiuum naturæ, per cōtemplatiuum diis similes sumus. Dii aũt nobilissimi omnium sunt, non modo natura perfectiores ex quo patere arbitror, ꝙ exemplar contemplatiui antecedit id, quod spectat actiuum. Quinet quemadmodum opinatiua rationem capit ab intellectu (ut diximus) ita natura eandem a diis suscipit. neque aliter actiuum a contemplatiuo afficitur, & quemadmodum opinatiua in contingentibus ab intellectu regitur ad quem semper se resoluere cupit, tanꝙ a quo pendeat. ita & natura ab immortalibus diis, & actiuum a contemplatiuo regitur soluitur & pendet. unde natura instrumentum quoddam est deorũm omnia faciens ratione, quam ab eis accepit, in eis, quæ mouentur atque quiescunt. Ita & opinatiua est intellectus instrumentum, a quo rationem capiens omnia probabiliter exercet in eis, quæ se aliter possunt, habere, & eodem modo actiuum contemplatiui seruus, a quo ratione suscepta, claudit quæcunq; admores spectant, & quemadmodum intellectus non est sine opinatiua in homine, & dii non sunt sine natura in mũdo, ita quoq; contemplatiuum non est sine actiuo, & ubi opinatiua, natura, & actiuum, ibi præsto esse oportere & intellectum, & deum, & contemplatiuum, quæ sese diducere, diuidereq; non patiuntur. illa quidem inferiora hæc optimia assequentia. unde neq; unꝙ optime contemplatiuus est, qui et actiuus quoq; non existat. neq; actiuus studiosusue quisꝙ, qui non etiam contemplatiuo fultiatur. Quam ob rem Platonis sententia est. ut si quis ciuilis & prudens bonos ciues efficere studeat. cum bonos

cognoscere oportet. nam si nescit bonos, quo modo bonos reddet? atq; qui bonos cognoscit, an ipse talis sit necesse ē ut sciat. atqui se, an talis sit, cognoscit, se cognoscere oportere. nam si se ignorauerit, an talis sit quoq; nescierit. itaq; si se cognouerit: animam cognouerit: animam autem ut cognoscat, deum cognoscere & primam oium causam scire oportere. Quare qui iustus & prudens est, is contemplator sit oportet, & alias scientiā sine iustitia calliditatem potiusq̃ scientiam appellādam esse. in quibus late patet uerbis, quantus sit nexus utriusq; & actiuæ & contemplatiuæ uirtutis, & quod actiuo et perfectius & nobilius est alterum honesti genus, quod a contemplatione nomen sibi comparauit.

Quibus in rebus est omnis contemplatio, & earundem comparatio.

Cap. XLIX.

NVnc consequens est ut de ipso contemplatiuo disputemus. Est autem contemplatiuū intellectus perfectio. sicuti actiuum opinatiuæ, & appetentis absolutio. nā in intellectu quoq; ipsa propria & absoluta ratio inest, qua contemplatur omnia necessaria. ueluti in irascente ira erat, quam rationem & cōtemplationem & speculationē et intelligentiam uocant. hæc inq̃ semper uera est. sed quodam mō firmitatem certitudinemq; sibi comparat, ubi rem absolutiorem & simpliciorem speculatur ac uersat. Quam ob rem tria illa nomina

contemplatiui uariauit: ut intellectum, ut scientiam, ut sapientiam. Quae ut clarius habeatur de rebus ipsis aliquantulum discutiamus. nanq; res oīs, circa quam contemplatio uertitur aut cum materia est secūdum eius existentiam & considerationem, aut secūdum quidem existentiam est cum materia, secūdum uero rationem a materia abiūcta: aut a materia separatur & secundum existentiam & considerationem. Prima quidem naturalis est, secunda mathematica, tertia diuina. naturalis in duas diuiditur in eam, quae mouetur & corrumpitur, ut elementa & quae ex eis constant, & in eam, quae quidem mouetur non tamen corrumpitur ut mundi aetherea pars. Harum uero naturalium aetherea nobilior est elementaria nam praeter id, quod dictum est: simplicior est & certior. sed mathematica totam naturalem antecedit. Quippe quae a materia abiuncta est, unde & motum & interitum nescit: neq; sensu in ea opus est, postq̄ abstracta est. naturalis uero miscellaneam sapit. nanq; ubiq; materialis inuoluta uariabilis per tot motus & alterationes. unde in hac non inest tā ta certitudo, quanta in mathematicis affirmatur, quapro re intellectus actio in his completior & certior q̄ in illis esse uidetur. uerum mathematicae plures sunt formae. est perspectiua, est astrologica, ē musica, est Geometriaca est Arithmetica. harū omnium certissima Arithmetica. simplicissima enim est & absolutissima, reliquae uero compositiores. Nam Arithmetica absolutior est q̄ Geometrica: q̄ haec cum positione, Arithmetica sine positione, reliquae tres his duabus subsunt. Nam musica

sub arithmetica est, addens soni rationem. astrologica & spectatiua sub geometrica altera motum, speciem ui si altera corrogans. sed diuina quod omnium absolutissima et certissima est. quippe quae nullam compositionem admittat, & in qua nullũ est potentiae uestigium abducta prorsus ab omni uel affectione uel motu. quinet tantae certitudinis est, ut ad nullam aliam rem se referat resoluatque. immo ad eam omnia referuntur soluunturque a qua pendet & fiunt & conseruantur & reguntur. adeo ut siquid ab hac non ueniat capiatque principiũ, id quidem non est, neque esse potest. et quaecunque sunt, eam imitantur appetunt & caeteris praeferunt, uel animata sint, uel inanimata, uel mortalia, uel immortalia. haec itaque est uera causa causarum, & principium totius naturae primũ ac uerum. unde intellectus certissimus est & sua omni ex parte saciatus quum ad contemplandam eam omniũ rerum certissimam simplicissimam & uerissimam rem aduenerit.

Earum rerum ubi gentium intellectus & scientia & sapientia existat, & horum nobilissimam sapientiam esse. Cap. L.

IGitur quum intellectus in haec intelligendo descendit, tres illos habitus sibi conficit. nam ubi ex causis principiisue earum rerum propositiones enuntiationesque parat atq; componit, tum habitum, qui ab Aristotele intellectus dictus est habet. nam eiusmodi propositiones,

tiones, quæ ex causis rerum sunt, ita affectæ sunt, ut omnis cognitio ex ipsis eueniat, quæ fit in eis rebus, quæ ab ipsis constant causis. atque ita omnia, quæ post causas sunt, ab eis propositionibus fidem capiunt atque iudicium. & per ipsas propositiones probantur & euidenter demonstrantur. at ipse propositiones in eo genere rerum, quarum causas nectunt primæ sunt & indemonstrabiles, & quæ alia probent, ipsæ a nullo probentur. atq; ita primã notitiam habent, quam Aristoteles eam ob rem intellectum appellauit & indemonstrabilem scientiam. qualis est in naturalibus: materiam causam esse corruptionis. et in mathematicis ea oratio, quæ dicit, quæcunque uni & eidem sunt æqualia, ea interse æqualia esse. intellectus & indemostrabilis scientia est. eadem mens ubi conclusionem demonstratamque propositionem ex intellectu et prima indemostrabilique scientia capit utranque notitiam copulans alteramque earum in alteram referens, eũ habitum suscipit, quæ scientia dicitur. qualis est, quum scit, quod super datam rectam triangulus equipedus est. ex ea quæ dicit. quæ uni & eidem sunt æqualia, ipsa sibi æqualia esse. unde rerum, quæ sunt eiusdem generis omnis comprehensio atque uniuersa, scientia est. quæ ex notitia principiorum & notitia eorum, quæ sunt ex principiis uel notitia conclusionum composita copulataq; est. qualis scientia de natura & comprehensionem causarũ, & notitiam eorum, quæ sunt ex causis continet, sic geo

metria, sic arithmetica & similes eiusmodi sese habentes sunt. sapientia uero scientia est, sed in diuinis, atque hoc a scientia distat, quod ipsa circa diuina & præsertim circa primam illam substantiam, quam omnia expetunt secunturq;. scientiæ uero circa naturam & circa mathematica uersantur. horum uero habituum scientia perfectior uidetur esse & nobilior quam intellectus. nam intellectus pars scientiæ est. scientia uero totum quoddam est. totum uero quam pars semper perfectius est. nam totum pro parte non est, sed magis pars pro toto esse probatur. sapientia uero perfectior quã scientia est, quod excellentissimam illam essentiam attingit capitque, quæ omnium, quæ mundi mole amplectuntur, autor est atque caput. unde sapientia intellectus probat & certitudinem firmitatemq; & lucem illis affert. quippe quæ causam causarum sapiat, quare scientiam quoq; concludit. quam ob rem tres hi habitus, quos sub contemplatiuo collocaueramus, quod erat partis animæ intellectiuæ perfectio. quod iam diffiniatur eo modo, contemplatiuum est certa comprehensio uniuersalium naturalium mathematicorum & diuinorum mentisq; seu intellectiuæ partis animæ perfectio. perq; hæc manifestum est, quod anima tribus bonis perficitur effectiuo actiuo & contemplatiuo, quas fines esse dicebamus. quarum quæ perfectissima existat & nobilissima explicatum est.

Nobilissimus hominum demonstratur. Cap. LI.

Postquam uero de omni humana perfectione dissertum est, & quo ad animam & quo ad corpus, iam ad propositum recedamus. superius equidem dicebamus, quod homo ab homine haud differt ratione mētene, cuius secundum genus humanum æque particeps est uterque, qua pro re neuter altero neque perfectior, neque nobilior nominandus restaret. nam secundum eam rationem quisque homo diceretur. uerum hanc ipsam rationem finem quendam perfectionemque quoque expectare, quæ ultima esset hominis perfectio, & in quibusdam rarissimisque hominibus contingeret. secundum quam quis perfectus, alio & perfectior & nobilior esset. qum ergo quisquam ex his partibus fuerit absolutus optimam perfectionem consecutus est si architectus, prudens, & sapiens fuerit, & ut sit, sicut gemma auro complexa, accedat corporis pulcritudo, atque ut ornatus sit non desint copiæ, quanquam idem ditissimus sit, nam non terrenis modo diuitiis uerum & astris dominabitur, et honorata familia quoque accedat tum præcedens tum sequens per centenos annos. eo itaq; pacto perfectum sequetur illa nobilitas, cui nihil comparandum est. hic inquam omnium erit nobilissimus & gloria maxima dignus, quem omnes amare obedire cedere honorare te

nentur. atq; is optimus rex & pater patriæ uerior omnium gentiū. ab Ioue præterea summo eo distabit, quod ille quidem æternus est, hic uero mortalis. nam in cæteris simillimus est. ille enim omnia contemplatur & spectat & mūdū regit gubernatq;. hic uero cuncta perspicit speculaturq; ac urbes & populos tuetur & tenet. Quem etiam si crediderimus deos humana curare, præ cæteris dilexerint immortales dii. Quinet tantum gratiæ plerisq; ab Ioue tributum esse uidetur aliquando eiusmodi nobilibus, ut eos filios deorum deosq; & Hæroas appellare non dubitarent antiquiores, sacra haud aliter eis q̄ Ioui optimo facientes. unde & honor quoque posteris natisq; eorum habitus est ab hominibus, quam generis nobilitatem appellant. quasi familia ea nobilitata etiam sit, ubi perfectus & nobilis pater aliquando extiterit. quam ob rem hic est ille hominum nobilissimus, quem ut inueniremus doceremusq; tot explicauimus. uerum ubi perfectio in solis quibusdam partibus contigerit, in quibusdam uero defecerit. nobiliorem eū dicemus, qui secundum meliora & digniora perficietur. Quare primum sapientem ponimus, postea scientem, postea prudentem, postea iustum, postea constantem, postea temperatum, postea artificem & ultimo pulcrum, aut ne ea separemus, illum nobiliorem appellabimus, qui plus accedet, uicinusq; fiet illi optimo & omnium perfectissimo, atq; his rationibus quid sit nobilitas & qua ratione res re & homine homo

nobilior sit, explicatum a nobis accipiatis in ea cœna, in qua uobis subministrare pollicitus sum nomine ingeniosis-simi, & liberalissimi Innocentii, quam ubi habuistis, re-stat ut ad aliam capiendam adeamus, sic itaq; finita di-sputatione nos omnes tum stupentes tum admirantes sur-reximus, & Bennardino gratulantes, prout fortuna eue-niebat, atq; collaudantes ad citrorum pergulas tandem gradatim deuenimus.

FINIS.

OPVSCVLVM ARISTO-
TELIS DE VIRTVTI-
BVS EODEM ACV
TISSIMO PHI
LOSOPHO
AMBROSIO LEONE NOLA
NO INTERPRETE.

OPVSCVLVM ARISTO-
TELIS DE VIRTVTI-
BVS EODEM ACV
TISSIMO PHI-
LOSOPHO
AMBROSIO LEONE NOLA
NO INTERPRETE.

CAMILLVS LEO NOLANVS AMBROSII FIL. ARTIVM ET MEDI. DOC. MAGNIFICO ATQVE EXCEL. V. I. DOC. IACOBO ANTO. DE CÆSARINIS NOLANO REGENTI NEAPOLIS DIGNISSIMO. S.

r Edditæ mihi fuerunt literæ tuæ magnifice Iacobe Anto. quibus me hortaris ut, quoniam pater meus, sic uisum superis, diem suũ obierit, in patriam quãprimũ redire uelim, a qua iam multos ãnos abfuerim. quam ob rem tuis monitis, præceptisq; commotus ad uos statim properandum mihi esse non dubitaui. turpissimum. n. mihi arbitrabar illius uiri cõsilium non accipere. qui summam in me beneuolentiam, summamq; liberalitatem declararet. uerũ ne illotis, ut aiunt, manibus ad uos uenirem, munusculum tibi satis pulchrũ dicãdũ eẽ censui. id est libellus Aristote. de uirtutibus a patre meo Latinitate donatus qui et si paruulus, multa tamen in eo cõtineri neminẽ latebit. nec. n. ab re a, me

factum esse puto, si uiro uirtute prædito de uirtutibus opusculum nuncupauerim, hoc certe, uel apud posteros, et paternæ eruditionis inditiũ, & meæ erga te obseruantiæ testimonium fuerit. accipe igitur hilari uultu opus ipsum, ac me, ut cœpisti dilige, nam ut tu proculdubio me æque atq; filium diligis, ita ego te non secus ac parentẽ debui. dum spiritus hos regat artus, & diligam semper et obseruabo. Vale sexto decimo cal. octob. M.D.XXV.

ARISTOTELES DE VIRTVTIBVS INTERPRETE AMBROSIO LEONE. NOLANO. MARINI FILIO. CAP. I.

BONA ea sunt, quæ laudantur, turpia uero, quæ uituperantur. et ea quidem, quæ bona sunt, uirtus parit, quod uero turpe est, uicia gignunt. deinde uirtutũ causæ, & ea, quæ uirtutes consequuntur, laudabilia sunt. postremo quæ actiones ab ipsis uirtutibus proficiscũtur. laudabiles sunt, & facta quoq; uirtutum nihilominus probantur. anima autem trifariam. ut a Platone partitur accepta. Rationali quidẽ parti ea uirtus delegata est, quæ prudentia dicitur, Mansuetudo autem atq; fortitudo irascentis. Temperantia uero cõcupiscentis esse atq; continentia uirtus. cæterum totius animæ & iustitia est, & liberalitas, atq; magnanimitas. contra uero rationalis partis animæ. uicium insipientia est. irascentis & iracundia & timiditas. concupiscentis uero luxuria & incontinentia. atq; eodem pacto iniustitia illiberalitas & pusillanimitas totius animæ uicia sunt.

De prudentia. Cap. II.

EST autem prudentia uirtus animæ rationalis, qua ea, quæ ad felicitatẽ contendunt, subornantur, accõmodanturq;. mansuetudo uero est animæ irascentis uir

tus, qua quis haud facile ad iras & cruciatus exci- tatur. fortitudo est irascētis uirtus, qua haud facile quisꝗ a territu mortis concutitur. temperantia est uirtus concu- piscentis animæ, qua quis desideriū imaginando reprimit, quod ad uoluptates inhonestas concitaret. iustitia uero est animæ uirtus uniuscuiusꝗ secundum dignitatem tributo- ria. liberalitas est animæ uirtus exactissime in ea, quæ bo- na sunt dispendens. magnanimitas est animæ uirtus, qua quisquam & secundam, & aduersam fortunam, item ho- nores & iniurias ferre potest.

De insipientia. Cap. III.

INsipientia autem uiciū est animæ rationalis corrupte uiuēdi causa. Iracundia est uiciū animæ irascentis, quo facile quis mouetur ab ira. Timiditas ē irascētis animæ uiciū, quo quis a formidine feritur, pſertim a mortis me tu. Luxuria uiciū est animæ concupiscentis, per quod quis- quam id eligit, quod est præter dignitatē. Illiberalitas ue- ro est animæ uicium, per quod undequaq; quis lucrari ap- petit. Pusillanimitas ē animæ uiciū, quo nec bonā, nec ma lam fortunā, neq; honores, neꝗ iniurias quispiā pati po- test. Est autem prudētiæ primum quidem deliberādi ra- tio. Secūdum tū bona, tum improba, atq; omnia, quæ uiuē do expetēda, aut fugienda sunt, iudicare. Tertiū, qum om nibus bonis, quæ adsunt, oportune utimur. Quartū, recte conuersari. Quintum, opportunitates obseruare. Sextum, rerum omniū utilium peritiam habere. uerumtamen me-

moriā, experiētia, & sagacitas ita sese habent, ut aut a prudentia unaquæq; ipsarū proficiscatur, aut prudentiam assequantur, aut quæ sunt eiusmodi, hæ ut cōcausæ sint prudētiæ, queādmodū experiētia, et memoria, illæ uero ut prudentiæ partes, sicut cōsilii sinceritas, atq; sagacitas animi.

De mansuetudine. Cap. IIII.

MAnsuetudinis quoq; primum est, & mediocria conuicia & mediocrē neglientiam patiendi facultas, secundū, ut haud ex tempore ad tormenta inferenda animum intendamus. Tertium, ut haud cito irascamur, neq; difficiles in consuetudine simus, atq; contentiosi quicq; teneamus, sed id quod quietū atq; firmum esse cōstiterit, animo alte tueamur. Fortitudinis uero primū est, ut nullo pacto metu mortis psternamur. Secundū bona animi in rebus difficilibus confidentia. Tertiū audere aduersus pericula. Quartū, optare, potius esse pulcre mori, quā fœde euadere. Quintū, uictoriæ causam esse, adde q fortitudinis itidem est & facere, & constare, et posse, & eligere. at uero et audacia, & animi præstantia, et confidentia, & ferocitas, similiq; rōne & laborū amor, & resistentia fortitudinem assequi reperiuntur.

De temperantia. Cap. V.

TEmperantiæ haud secus primū est. ut uoluptatū corporis fruitionem nusq; admiremur. Secundū est, ut ab omni turpi uoluptate nos ipsos subtrahamus. Tertium est, qum metuimus iustam lædendi quem

piam libertatem. Quartũ ut tam in paruis quàm in magnis ui tam intra modũ & ordinem agamus. iam uero temperantiam & modestia, & uenustas, & pudor, & reuerentia & cautio consequuntur. continentiæ autẽ alterum quidem est. ubi facultas adest reculcandi appetitus, qui ad fœdas fruitiones & inhumanas uoluptates nos excitant. alterum uero est, qum tolleramus & patimur secundũ naturam indigentiæ rei atq; tristitiæ.

De iustitia. Cap. VI.

IVstitiæ queq; primũ est, qum distribuimus quid compensata dignitate recipiẽtis. Secundũ, qum patriis moribus & legibus patriis obtemperamus. Tertiũ, qum incisis legibus paremus. Quartum, qum uera loquimur dum anteimus alios. Quintum, qum pactiones seruamus. quin & si iustitia multifariam capitur. primã tamen esse fas est, quam custodimus erga deos, deinde erga genios postea in patriam, & parentes, postremo erga mortuos. quibus etiam pietas accedit, quæ aut pars esse iustitiæ, aut assecla eius probanda est. iustitiam uero sequuntur sanctitas, ueritas, fides atq; odium malorum.

De liberalitate. C. VII.

Liberalitatis autem primum est, qum libentissimo animo nostras opes diffundimus in ea, quæ sunt laudabilia. Secũdum qum amplas pecunias possidemus, eas

in quod uis decens, consumimus. Tertium, qum ei fauemus, quod præcipuum est. Quartum, qum rem ex eo loco capimus, unde ius capiendi datum est. Siquidem ille uere liberalis est, qui tum habitationis, tum uestimentorum politiis splēdet. Atq; is, qui res superfluas partim pulcras: partim uitam suauem tenentes etiam sine fœnore instruit. animalia quoque nutrit. quæ aut suauitatis tantulum, aut admirationem spectantibus afferunt, Secuntur itaq; liberalitatem mos facilis, bona conuersatio, & humanitas, qumq; misericordes sumus, & amicorū & peregrinorum & bonorum amatores liberalitatem identidē sequimur.

De magnanimitate. Cap. VIII.

MAgnanimitatis autem primum est. qum tum secundas & aduersas res, tumq; honores & iniurias pulcre ferimus. Secundum est, neutiq; delitias admirari, neq; cultus, neq; potentiā, neq; uictoriam aduersus eos, qui nobis molestiam bellum ue intulissent. Sed quandam animi altitudinem amplitudinēq; possidere, proprium uiri est magnanimi. Cæterum magnanimus is est, qui uitam haud magnifacit, quiq; neq; animalia colit & amat, sed simplex eo more atq; generosus permanet, & affici quandoq; iniuria potest a quopiam, quem punire contemnit. Comites uero magnanimitatis sunt simplicitas animi atq; ueritas.

De operibus insipientiæ. C.IX.

INsipientiæ opera sunt, quorum primum est, qum insulse nobis consulimus. Secundum qum omnia male iudicamus. Tertium, qum quæ bona affuerint, iis temere utimur. Quartum, qum stulte conuersamur. Quintum, qum falso opinamur de malis atque bonis, quæ uitæ contingunt. at uero qum rudes. qum imperiti, qum incontinentes, qum imemores fuerimus, tum insipientiam sectamur. Sunt autem iracundiæ species tres, uesania, amaritudo, & segnicies. Iracundiæ primum est, qum tantillas paruipensiones atque diminutiones ferre nequimus, secundum qum punitores, qum ultores atq; ad iras facile mobiles fuimus, uel a contingente facto uel a uerbo. Quinet iracundiam sequimur. qum difficiles more, atq; facti pœnitentes sumus & paruissimarum rerum æstimatio, & rebus minimis nostra tristitia iracundiam comitantur, atque hæc ipsa extempore patientes perq; breue tēpus. Timiditatis quoque primum est, qum ab iis quæ eueniūt, facile mouemur: atq; maxime ab iis, quæ sunt circa mortem, & corporis mutilationes. Secūdum est, si crediderimus longe præstantius esse, quouis modo nos saluos esse, quam pulcre finire. Comitantur timiditatem, corporis languor, ignauia, secordia, uitæ cupiditas. Cæterum inest ei cautio quædam, atque qum moribus ipsis contentiosi fuerimus timiditatem sectamur.

De luxu. Cap. X.

LVxuriare autem primum est uoluptatũ earum fruitiones eligere, quæ tum nocumentum afferunt, tum turpes habentur. Secundum est, si susceperimus, eos fœlicissime uiuere, qui in huiusmodi uoluptatibus degunt. Tertium est, si risus amatores erimus. Quartum, si facetias toto animo exceperimus. Quintum, si festiuos urbanos ue amauerimus. Sextũ, qum uel uerbo uel facto uersutias exercemus. Luxuriam uero sectamur, qum sine ordine, qum imprudentes, qum inornati, qum incurii, qum negligentes, qum effœminati sumus. Intẽperantiæ primum est, impedimentum rationi facere, atq; qum uoluptatum fruitiones eligimus. Secundum, qum opinati fuerimus facile præstantius esse, nullo pacto uoluptatibus participare sed interim haud paulo participamus. Tertium est, qum putamus, ea agere oportere, quæ bona sunt, atq; conferentia, sed tamen ab ipsis propter uoluptates manus abstinemus. Assecuntur itaq; intemperantiam pœnitentia, languor, & plurima eiusmodi, quæ & intemperantiæ contingunt.

De iniustitia. Cap. XI.

INiustitiæ uero species quoq; tres esse prædicantur impietas, prærogatiua, & iniuria. Est autem impietas quidem aut erga deos delictum, & erga indigẽtes, aut erga eos, qui mortui sunt, & erga parentes & patriam.

Prærogatiua uero quæ circa pacta præter dignitatem id quod præcipuũ est eligit iniuria autem est, qua qum in opprobrium alios agimus, magnas in eis uoluptates præparamus atq; capimus. Quã p re Enenus de ea dicit. Quæpiam nequicq̃ lucratur & tamen contumeliam facit. Est autem iniustitiæ primum, qum prævaricamus & patrios mores, & ea quæ lege sancita seruantur. Secundum est, qum neq; legibus neq; principibus obtemperamus. Tertiũ est, mentiri. Quartum, peierare. Quintũ qum pacta rumpimus, atq; fidem minus obseruamus. consecuntur autem iniustitiam calumniæ, superbia, simulata humanitas, malignitas, astutiæ.

De illiberalitate. Ca. XII.

Illiberalitatis quoq; duæ sunt species Turpis lucratio & parsimonia. Turpis lucratio est, secundum quam lucramur undequaq; quærẽtes atq; longe plus, quam uerecundiam lucrum æstimantes. Parsimonia uero est, secundum quam haud dispendens quisquam fit, atq; si quid dispenderint huiuscemodi sordidi, eorũ sumptus modo parci modo inepte fiunt. adde quod plus tantillo eos offendit & incommodat, idq; quod optimũ est, minime recte agentes. Est illiberalitatis primum, qum opes plurimi facimus atq; qum nullum opprobriũ esse putamus iis, qui lucrum facere conantur, Verumenim illiberalis talis est, ut seruire mercedula audeat, quiq; seruitutem deceat, atq; omnibus in rebus sordidulum sese habens, quod mehercules tum a

gloria atq; magnificentia, tumq; a liberalitate longe alienum est. Assecuntur uero illiberalitatem curæ uilium rerum, grauitas animi pusillanimitas, humilitas, inmodestia degeneratio, atq; qum homines odio prosequimur.

De pusillanimitate. C. XIII.

PVsillanimitatis est tum qum neq; bonā neq; malam fortunam ferre possumus, sed honorati permollimur, animoq; decidimus, qumq; ea, quæ in euentis parua ac humilia sunt eligimus. Contra uero, qum ne minimam quidem ignominiā perpeti ualemus. at uero ubi minus uoto successus rerum respondent, tunc quod neutiq; infortunium est, magnum detrimentum esse iudicat paruus animus, & in omnibus lamentatur: atq; difficillime pleraque omnia fert. ad hæc talis est pusillanimus, qualis is, qui ea omnia, quæ flocifacienda sunt, iniurias appellat, & sui contemptus. Quinetiam ea ipsa aut per rerum ignorantiā fieri, aut per obliuionem. Sequitur autē pusillanimitatem: & studium paruarum rerum, & querimonia, & mala spes, & humilitas. Virtutis uero ipsius prorsus est, studiosam affectionem circa animam parere, quæ & quiete & motione composita utatur, sibi quæ ipsi concordans secundum omnes suas animæ uires. Quam ob rem bonæ reipublicæ esse uidetur animæ studiosus affectus. Quinimmo uirtutis quoq; est, tū eos muneribus prosequi, quos dignos esse, constiterit, atq; cum bonis conuersari, amare eosdem exosculari ue, tum falsos odisse. ad hoc nec punitorem, ne


que cruciatorem, uerumtamen usque quaque misericordem esse comites uero uirtutis sunt frugalitas, tractabilitas, gratia, spes bona, præter hæc & omnia quæ eiusmodi sese habent. ueluti si contentiosi non fuerimus, si amicos, si alios cum quibus amicitia non dū nos coniunxit, si hospites peregrinos ue, si homines amauerimus, atq; ipsi elegantes, bonarumq; rerum studiosi fuerimus. Quæ medius fidius ex iis omnia sunt, quæ laudabilia sunt. Vitii autem proprium est, contraria facere eorum ipsorum, quæ dicta sunt, quæ omnia, quod ea uitii sunt, & ea, quæ uitia assecuntur. in eorū numero ac genere sunt, quæ uituperabilia esse constat.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k. A

Omnes sunt quaterni, præter k qui est duernus.

Venetiis per Melchiorem Sessam, et Petrum
de Rauanis socios. MDXXV.
mense Septembri.



ERRATA.

IN cap. pr. linea tertia Mastrililus Mastrillus.l. quinta
Basilus Basilius.cap.ii.facie secunda li.tertiad. situlla. si
tula.& f.quarta.l.quinta annosco.a,nosco.uicesi.tert.ar
tificium.artificum.f.quin.tertiad.e,Macedoniam.e,Ma
cedonia.decima oct.Pbredon.Phedron cap.iii.fa. pri.l.
ter.cocinnitatem.concinnitate.duodec.dignius.dignus.fa.
se.uicesima se.cædendũ cedendum.cap.iiii.f.quarta.l.sec.
eccẽtrius.eccẽtricus.cap.yi.f.tert.l.decimano. inuẽtus eẽ
est.cap.yii.f.quar.uicesimaquar.secundetq;. secundentꝗ.
f.quĩta.decimano.dominai domina.cap.xii.pr.f.l.quin.pa
tes partes.xiiii.cap.pr.f.decimano.δαμάς.δαμάω.xy.
pr.f.sept.l.ferrat ferat.xyiii.fa.ii.l.octa. uitibus uitiũ.xix.
f.se.de testatione. detestatione.& quintad. manifectius.
manifestius.et uicesima.afflactu.afflatu.f.ter.l.quin. itq;.
itaꝗ.xx.f.sec.decima sept.sensitiuo sensitiua.xxi,f. pr.un
deci.licisous.liciscus.in tit.xxii.ostendi.ostenditur.in pr.f.
uicesi.cabrones.crabrones.xxyiii.f.secu.sexta.quoad quod
uicesima.seruat seruãt.xxxi.l.p.audiẽdũ.audiẽdus.xxxii.
l.p.interrũpit.interrupit.fa.undec.l.sexta Brute ni.nii.pe
nultima neruusculas.neruusculos.f.xii.l.ter. laudo at.et.
quinta.Ban.Ben.xxxiiii.pr.f.nona.secu.seu.xxxyi.f. quar
ta.uicesi.pfectionẽ esse.pfectiorẽ.xxxyiii ante penult.por
tiri.potiri.xl.p.f.quarta.deliniet. delineet. sec. fac.l. pr.
operis.operi.xli.sexta.f.oct.artificiis.artificis.xlii.fa.qui.
l.oct.Claudiuũ.Claudiũ.xliii.l.pr.deis.de eis.xliiii.f.sec.
decima sept.cotinetũr.continẽtur.xlyi.f.se.li. sexta.uirior
uertus.uerior uirtus.

85

F. S.


LEGATORIA A. PANBIANCO
1921